

sa ei inferatur grave damnum ac malum, quod nar-  
ra in simili casu nollet rationabiliter sibi inferri.  
Immo est contra iustitiam, si crimen non fuit publi-  
cum per sententiam iudicis. Quia sicut malis mori-  
bus infamia facti contrahitur, & fama bona amitti-  
tur, ita bonis moribus infamia facti tollitur, & fa-  
ma bona recuperatur cum iure ad illam. Ita Toler.  
Apo. Malina. Reginald. Delugo, Layman, & alii.  
A fortiori est contra iustitiam, si inde detur  
occasio operandi cum adhuc esse impubem, etiam si  
per sententiam esse olim infamatus sit; nam habet  
ius ad famam illam, quam postea bene vivendo si-  
bi comparavit, & quam iuste possidet.  
Item est mortale cum iustitiam, crimen alterius,  
quod factio vel fama deturata publicum fuit, sed  
non sola oblivione deletum, narrare nescientibus,  
vel reddeere in memoriam. Quia talis ius habet ad  
famam: pro tempore, quo crimen factum deinde esse  
publicum: nam per oblivionem reddeatur res ad eum  
statum quem habuit, antequam esset publica. Ergo  
sicut res autem, dum erat occulta, non poterat reve-  
lari; ita nec postea, quando retine ad priorem sta-  
tum, & rursus inducit naturam tunc occultam. Ita De-  
lugo, qui excipit crimen publicum per sententiam  
publicam: quia factus illud divulgandi orta ex  
sententia publica adhuc irrevocata, perseverat donec  
publica auctoritate infamia tollatur. Sed saltem id  
erit contra caritatem.

Quaest. VIII. An eum, qui suo aut altero cri-  
mine infamis est, licet de alio infamare?

Resp. 1. Si illa alia crimina sunt ordinari-  
conjunctione cum graviori crimine, quod iam publicum  
est, ita ut non censetur notabiliter agere infamiam,  
non est peccatum, saltem mortale, illa de-  
tegere iis, qui iam principio norunt. Quia non  
censetur nova infamia saltem graves inferri, aut  
prior graviter augeri, ut si naves de ebriolo publi-  
cum, eum non recte curare rem familiarem, rixari  
cum uxore &c. De fomicario publico, quod scri-  
psit literas amatorias &c.

Dixi, graviori. Nam mortale est contra iusti-  
tiam, aperire crimen atrocis ei, qui novit minus  
grave licet eisdem specie, v. gr. Si dicas Paulum  
inirripitibile mille mamos, cum alter scilicet eum tres  
solam furatum esse: quia tunc graviter & iniuste  
augetur ejus infamia.

Immo potest esse gravis iniuria detegere peccata  
eisdem specie multiplicata, ut si senex aliqua femina  
adulterium notitiam commisit, non ideo postea  
licet aliquid ejusdem adulterium occultum pateface-  
re: nam relapsus melius auget infamiam. Delugo.

Resp. 2. Si crimina illa non sunt connotata, ex  
communi sententia est mortale contra iustitiam illa  
detegere, praesertim si sint alterius generis. Quia  
graviter iniuste laederetur ejus fama, si ve inferretur  
ei nova infamia gravis; nam qui infamis est in uno  
generis vitii, non ad idem censetur infamis in omni-  
bus aliis vitii; diversorum enim vitiorum diversae  
sunt infamiae, & alia major, alia minor. Quare qui  
amissit jus ad famam in una virtute, non ideo jus  
amissit ad famam in altera virtute. Sic potest qui  
haberi ebriolus, & tamen esse & haberi iustus in  
contractibus, fidelis uxori &c. Fama quippe non est  
quid simplex & indivisibile, sed constat diversis qua-  
si partibus, quarum una potest haberi sine alia.

Quare licet potest quis habere unam partem famae,

licet non habeat alias; ita potest retinere jus ad  
unam partem famae, licet non retineat ad alias.  
Hinc est contra iustitiam, furis capite damnati  
adulterium occultum prodere &c.

Notat Delugo, totum hoc delendum esse ex  
damno novo quod circa famam fit, an iudicio  
prudenter sit grave vel leve.

Quaest. IX. An licet aliquando revolare crimen  
occultum alterius?

Nota. Certum est id nunquam licere, si crimen  
immotum solum per confessionem sacramentalem, vel  
si talis revelatio cedit in detrimentum publicum.  
Sed extra hos casus.

Resp. 1. Ex communi sententia; revelatio crimi-  
nis occulti fieri potest & debet, quando necessaria  
est ad averendum grave damnum communitati, aut  
privato innocenti impendens, sive spirituale, sive  
temporale. Quia nocens non habet jus retinendi  
famam cum gravi damno, quod inde alteri iniuste  
obveniret: nam bonum commune, & privatum inno-  
centis praesertim debet bono privato nocenti. Et car-  
itas obligat ad impediendum damnum communitatis,  
vel privati innocentis, cum impediti potest.  
Nec alter tunc censetur rationabiliter iniustus, cum  
ad ius causa, ob quam debet fame sine  
iacturam pati. Ob eandem rationem idem tibi licet,  
si hoc necessarium sit ad averendum tuum  
grave damnum iniustum, etiam temporale.

Manifestatio autem criminis occulti alterius non  
est detrahitio, nisi cum est inordinata. Sed que fit  
ob iustam & rationabilem causam & sine animo nocendi,  
est ordinata: nam detrahitio formalis, quae  
semper intrinsece mala est, solum fit, cum proxi-  
mi defectus aut crimen revelatur, vel sine iusta  
causa, vel ex intentione illam infamandi. Immo  
ex S. Tho. 2. 2. q. 70. art. 1. ad 2. homo te-  
netur manifestare ea, quae sibi sub secreto commissae  
sunt: Si pertinent ad corruptionem multitudinis  
spiritualem vel corporalem, vel in grave damnum  
alicujus persone.

Hinc quando agitur de officio, beneficio Ecclesias-  
tico conferendo, de matrimonio contrahendo, de  
Religione suscipienda, potes & debes occulto impe-  
dimenta, in pacem vel vitia alterius, unde ali-  
quod grave damnum merito timeatur, detegere iis,  
ad quos spectat, sed non pluribus; & illi teneatur  
se audita non referre aliis. Sic tibi licet monere  
amicum, ut in famulum non assumat Petrum, nihil  
aliud initio allegans, quam quod ei non convenit,  
& postea dicere esse furacem, si amicus peristat  
velle eum assumere, nisi causam repellendi noverit.  
Item licet monere alterum, ut vitet confortium ho-  
minis, quem certo nosse esse corruptum moribus, non  
ipse pervertatur, vel ut tibi caveat ab homine in-  
iuriis dedito. Sic Apost. 2. ad Timoth. 4. monuit  
Alexander avarius multa mala mihi offendit.

Quaest. X. An sit debeat.

Item talis revelatio fieri debet, cum necessaria  
est ad bonum spirituale delinquentis, ut si fiat su-  
periorum parentibus, servato quantum opus est ordi-  
ne fraternae correctionis: quia donum spirituale  
anime anteponi debet famae. S. Basil. in reg. brev.

Resp. ad interrog. 5.

Resp. 2. Licet injuriam sibi ab alio factam refer-  
re ad petendum consilium necessarium, non nomi-  
nata persona, nisi ad consilium episcopi, modo non  
plur.

pluribus referatur, quam necesse sit. quia tunc in-  
iurians non est rationaliter iniustus, & laesus ha-  
bet jus, consilium necessarium in injuriis acceptis  
querendi. Non tamen licet ad solatium praesente seu  
ad dolorem sentiendum narrare amico injuriam sibi  
factam, nominata persona: quia iniquum est gra-  
vem infamiam proximo inferre sine iusta & gravi  
causa, quale est solatium illud, quod non est bo-  
num tanti momenti, nec necessarium: cum verum  
solatium possit sine infamatione proximi obtineri,  
scilicet confugiendo ad Deum, qui est Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui con-  
solatur nos in omni tribulatione nostra. 2. ad Cor. 1.  
Et vero si non licet furari pro solatio doloris?

Resp. 3. Si quis furtis virtutibus, vel simulata  
peritia famam sibi comparavit, licet aperire hanc  
simulationem, si ea versat in alicujus damnum gra-  
ve: ut si quis simulat se peritum medicum, advoca-  
tum &c. & confert non esse talem. Quia is non ha-  
bet jus famam in errore fundatam retinendi cum a-  
liorum damno vel periculo. Quod si simulatio vir-  
tutis vel doctrina nemini nocere possit, est contra  
iustitiam eam detegere: nam quantum hypocrite  
malitia est occulta & nemini nocet, jus habet non  
positive existimetur malus: detegendo autem hypo-  
critam, facis ut positive existimetur malus.

Quaest. X. An sit mortale detrahere defuncto in  
re gravi?

Resp. Affirm. Etiam si infamia ad alios non  
redundet. Ita omnes. Quia defunctus retinet jus ad  
bonam opinionem, quam habet apud homines, &  
censetur etiam post mortem possidere famam suam,  
per quam vivit in memoria hominum. Ergo eam  
auferendo, inferunt ei grave damnum iniustum; fa-  
ma enim etiam post mortem magni estimatur a  
hominibus, & ideo eius intuitu res maxime arduas  
agreduntur. Hinc illud Eccl. 41. Curam habet de  
bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi  
quam mille thesauri peris & magni.

Quare est obligatio restituendi famam defuncto  
sive ante, sive post ejus mortem iniuste lesam. Nam  
iniusta aeternum boni proximi obligat ad restitu-  
tionem. Nec hanc remittere potest haeres, quia jus re-  
manet defuncto, qui damnum iniuste patitur.

Quaest. XI. An licet seipsum infamare?

Resp. 1. Ex communi sententia, laudabile est se-  
ipsum infamare, veritatem aperiendo sine scandalo,  
vitae periculo, & aliorum injuria aut damno, ad  
coercendam superbiam ac vanam gloriam, ad acqui-  
rendam humilitatem, ad imitandum Christi proci-  
periam, ut fecerunt quidam Sancti. Quia homo est do-  
minus sui fame, & honeste eam bono majori post-  
ponit. Si id faciat sine iusta causa, erit per se lo-  
quendo reus culpa, quia est quae iam inordinatio  
& prodigalitas. Non est tamen per se mortalis, quia  
nec est contra iustitiam, cum homo sit dominus  
sue fame; nec contra caritatem, quia caritas non  
obligat ad bona temporalia externa conservanda  
vel conservanda, nisi quantum sunt necessaria ad  
bona spiritualia, vel ad vitam temporalem no-  
stra aut proximi conservandam.

Resp. 2. Ex communi sententia, est mortale con-  
tra caritatem seipsum infamare, aut cum scandalo  
proximi, vel etiam proprio, ut si inde fiat ad pe-  
candam esse avarior; aut cum periculo vitae propriae.

ut si dicas te violasse thorum alterius: nam est mor-  
tale dare alteri occasionem graviter peccandi, &  
prodigere id cuius dominium non habes. Item si  
infamia tua impediatur, non possis prodesse proximo,  
cui ex sola caritate prodesse teneris.

Immo est etiam contra iustitiam, si propria infamiam  
redundet ad alios: ut ad ordinem religionum,  
si sis religiosus; quia cum fama tua sit connexa cum  
fama aliorum, non potest licet fama tua, quin etiam  
fama aliorum laedatur. Alii autem jus habent,  
non sua fama spoliatur sine gravi, & iusta causa,  
quod jus tunc violatur. Item si fama tua sit necessa-  
ria ad bene & utiliter gubernandos alios, ut si sis  
Episcopus, parochus, Praetor &c. Nam ex iustitia  
teneris nihil facere quod impediatur, nec recte & u-  
tiliter alios munus tuum exquiras: cum teneris  
ex iustitia illud recte & utiliter alii obire.

Quaest. XII. An licet contumeliam illatam re-  
pellere?

Resp. S. Theop. S. Tho. 2. 2. q. 75. art. 5. Di-  
cendum quod sicut patientia necessaria est in illis que  
contra nos fiunt; ita etiam in his que contra nos  
dicuntur. Praecepta autem patientiae in his que con-  
tra nos fiunt, sunt in preparationem animi habenda,  
sicut August. 1. De Sermon. Dominici in monte  
exponit illud praecipuum Domini. Si quis percussus  
sit in unam maxillam, probe se & aliam, ut  
scilicet homo sit paratior facere, si opus fuerit,  
non tamen hoc semper tenetur facere actus: quia nec  
ipse Dominus hoc fecit, sed cum suscepit aliam,  
dixit: quid me cedis? Ideo etiam circa verba  
contumeliosa, que contra nos dicuntur, est idem  
intelligendum. Tenetur enim habere animum pa-  
ratum ad contumelias tolerandas, si expedit fieri.  
Quandocumque tamen oportet ut contumeliam il-  
latam repellamus, maxime propter duo. Primo quia  
idem propter bonum ejus qui contumeliam inferit,  
ut videlicet ejus audacia reprimatur. Et de cetero  
talia non arguit secundum illud Prov. 25. Res-  
ponde stulto iuxta stultitiam suam, non tibi sapiens  
videatur. Alio modo propter bonum multorum,  
quorum profectus impeditur propter contumelias  
nobis illatas.

Quaest. XIII. An & quomodo restituenda est fama?

Resp. 1. Est obligatio iustitiae ex genere suo gra-  
vis restituendi famam iniuste lesam, si imponenda  
salfum crimen, sive detegendo sine iusta causa vi-  
tium, sed occultum defectum vel crimen. Ita omnes.  
Quia tunc illata est vera iniuria damno, quae pro-  
inde tolli ac reparari debet; jus enim, quod quod-  
que habet ad famam, aeterni ob crimen etiam ve-  
rum fed occultum, & iam nemini notitiam ne-  
quit, nisi per auctoritatem publicam. Adde quod  
bonum commune exigit, ut defensus vel erimonia  
occulta non detegatur sine necessitate aliqua: alias  
laedere tur pax ac tranquillitas publica, & tolleretur  
maximum frantum vitandi postea alia crimina, quod  
est fame bonae conservatio; & quo sabato in des-  
perationem & quodvis haesitium facile nisi humana  
fragilitas.

Resp. 2. Fama iniuste ablata restitui debet inte-  
gre apud eos omnes, quod quos ablata fuit. Nam  
iustitia exigit, ut damnum iniuste illatum restitua-  
tur integre, & fiat restitutum ad aequivalentem, alio-  
qui iniustitia non tolleretur totaliter, & remaneat

inequalitas. Hinc qui publice infamavit, tenetur famam publice restituere. *Restitutio*. (inquit S. Th. 2. 2. q. 72. art. 1.) est actus iustitia commutativa, qua in quadam aequalitate consistit. Et ideo restituere importat reddiditorem illius rei, qua iniuste ablata est. Cum ergo conservare iustitiam sit de necessitate salutis, consequens est, quod restituere id quod iniuste ablatum est alicui, si de necessitate sit saluti.

*Resp. 3.* Qui alium infamavit, falsum crimen imponendo, ex communi sententia tenetur illud efficaciter revocare, & adhibere omnem diligentiam, ut falsa illa opinio ex animis hominum evellatur. Unde tenetur auditoribus aperte significare voce, vel scripto si necesse sit, se falsum dixisse, aut etiam mentium esse si opus sit, adhibito etiam iuramento & testibus, si aliter non videntur credituri, quamvis idcirco ipse sit infamandus. Quia tenetur efficaciter refarcire injuriam illatam, ac proinde adhibere media ad id necessaria; & suis culpas imputare debet, quod sibi impollicitur talis onus.

Qui autem verum infamavit, vel defectum iniuste revelavit, non debet dicere se falsum dixisse, quia mentiretur; quod nunquam licet, neque enim sunt facienda mala ut evitentur bona, sed debet apud rudes dicere se perperam locutum fuisse, etiam iniuste infamasse, si injuriam intulisse: apud sceleros vero qui ex ejusmodi locutione magis confirmarentur in opinione adversi criminis, debet (quantum fieri potest sine mendacio) infamatum laudare in aliis virtutibus apud eos, coram quibus detraxit, ut quantum in una virtute amisit opinionis bone, tantum in aliis acquirat, & sic fiat quaedam compensatio; item cum honorare, vel quovis alio modo ingenere bonam opinionem de eo. *Aliqui potest alicui famam tripliciter asserere. Uno modo verum dicendo, & iuste, puta cum aliquis crimen alterius prodiit ordine debito servato, & non tenetur ad restitutionem fame. Alio modo falsum dicendo, & iniuste: & tunc tenetur restituere famam, confitendo se falsum dixisse. Tertio modo verum dicendo, sed iniuste, puta cum aliquis prodiit crimen alterius contra ordinem debitum: & tunc tenetur ad restitutionem fame quantum potest, sine mendacio tamen, usque quod dicat se male dixisse, vel quod iniuste eum diffamaverit, Ita S. Th. 2. 2. q. 61. art. 2. ad 2.*

Sed qui libro famoso alterum iniuste infamavit, tenetur restituere famam contrariis scriptis, vel publica revocatione; aliqui restitutioni non esset efficace, & propositionata damno.

*Resp. 4.* Qui falsum, vel verum crimen alterius iniuste revelavit, tenetur ex iustitia reparare famam non solum apud eos omnes apud quos eum abfultit, sed etiam apud alios omnes quibus hi postea idem retulerunt, saltem in eorum defectum; si providi vel providere poterit, esse apud quos detraxit, non propagaverit. *Est communis sententia*, quia tunc detractor fuit causa iustitia ulterioris infamiae secute ex illius injuria, & voluntaria in illa. Quare ab immediatis auditoribus querere tenetur, an idem alicuius reulaverit? Immo etiamsi probetur, aut idem alicuius reulaverit in horum defectum. Quia tunc adhuc debet in occasione illi ulteriori infamiae: nam homines etiam alias prudentes facile, da-

ta occasione, ex inconsideratione, vel aliter, audita narrant. *Qui autem occasionem damni dant, damnum videntur deservire, c. utri de injur.*

*Quaest. XIV.* An qui crimem falsum alteri imponit, vel verum sed occultum iniuste detegit, tenetur omnia alia damna sine in corpore, sive in aliis bonis inde secuta refarcire?

*Resp.* Affirm. *Est communis & certa sententia*. *Prob. 1.* Ex cap. utri de injur. ubi Gregor. XIII. ait: *Si culpa tua datum est damnum, vel injuria irrogata, iure super his satisfacere te oportet. Quia est obligatio refarcendi omnia damna secuta ex injuria mortali: qui enim haec intulit, est causa iniusta damnorum inde secutorum, idque verum est, etiam si crimen fit verum, sed occultum. Nam qui illud iniuste manifestavit, est causa mortalis iniusta damnorum: haec enim secuta non fuissent sine tali manifestatione iniusta criminis.*

Hinc qui defectum sui criminis, sive verum, sive falsum iniuste aperiendo impeditur alterum a consultatione optini matrimonii vel officii, aut beneficii, quod dignus est, tenetur restituere quanti spes illius obtinendi valet arbitrio praesentis, cum iniuste impediverit. Quod si infamatus idem privatus sit officio, vel alio bono quod jam habebat, restitui debet valor officii, vel talis boni, quia detractor fuit causa iniusta iacturae boni jam acquisiti. Immo qui proximum in viis periculum conjicit, falsum crimen ei insinuat, tenetur ex iustitia restituere etiam cum proprio viis periculo. Nam in pari causa & discrimine potior est conditio innocentis quam nocentis, qui est culpabilis causa periculi; & ideo quisvis tenetur damnum a se alicui iniuste paratum impedire cum suo damno falsam pari aut paullo majore.

*Quaest. XV.* An tenetur ad restitutionem, qui falso, sed bona fide putans crimen esse verum & publicum, illud narravit?

*Resp.* Qui innocentem licet inculpate infamavit etiam correctionis causa, ubi primum errorem suum apprehendit, tenetur ex iustitia famam ejus restituere, & avertere damnum ex infamia imminens. *Est communis sententia, teste Delugo.* Quia iustitia quae libet obligat ad curandum, ne ex sua actione sequatur damnum alii sine iusta causa. 1. Tenetur ratione rei acceptae se famae ablata: sicut qui bona fide accepit rem alienam, tenetur eam restituere ubi primum id agnovit. *Fama autem ex natura rei manet in potestate ejus, a quo ablata est. Item causa fuit damni danti, & est in potestate ipsius eam auferre, & impedire ne ulterius illud continetur. 3. Non restituendo, quodammodo detinet famam proximi, dum in mente alterius manet opinio a te iniectam relinquens, quam potes evellere.*

Hinc si fueris in mora restituenda fame, & interea damnum in aliis bonis infamato eveniat, tenetur adhuc illud refarcire. Quia ex illo tempore quo tuum errorem deprehendisti, & potuisti sine tuo gravi incommodo restituere, censetur causa iniusta infamiae ut periteverat, censetur causa iniusta & damnorum ex tua omissione iniuste secutorum. Praeterea qui causam damni a se positam non remouet, censetur velle effectum, seu damnum, quod ex ea secutum movit. Secus si infamatus sine infamatoris culpa patitur aliquod damnum, atquequam infama-

ter errorem suum agnovit: nam tunc non tenetur illud refarcire, cum fit inculpabilis causa infamiae, ideoque & damni fecit: nemo autem extra contractum aut quasi contractum, seu officium tenetur refarcire damnum, quod sine sua culpa voluntaria alteri sequitur.

*Sed quid, si me narrante de aliquo publice infamato, audiores alium intelligant?*

*Resp.* Si periculum fuit ne audiores alium intelligerent, teneris ex iustitia etiam cum pari damno ad restitutionem. Tunc enim merito censetur causa moralis infamiae ex tua narratione secuta. Si non fuit tale periculum, innocentem purgare, si potes saltem sine gravi incommodo, teneris, cum ex caritate quae semper exigit, ut grave damnum proximi avertas, quoties sine gravi incommodo possis; tum ex iustitia, quae obligat ad curandum, ne ex nostra actione sequatur aliis damnum sine iusta causa, *Molina, Delugo &c.*

*Quaest. XVI.* An haeres detractoris tenetur ad restitutionem fame a defuncto violata?

*Resp.* Neg. Quia haec obligatio non respicit bona et relicta, sed est mere personalis. Ad tenetur ex iustitia refarcire damna realia ex infamia secuta. Nam obligatio refarcendi damni in rebus illatae facti bona infamatoris, & haec bona cum suo onere transeunt ad haeredit, defuncti personam representantem, qui sicut ius bona ac iura, item in onera ac debita realia defuncti succedit.

*Quaest. XVII.* Quoniam excusant a restitutione fame?

*Resp.* Excusat 1. Condonatio valida talis restitutionis facta ab eo, cuius infamia non redandat in alios: nam cum talis fit dominus sui famae, potest ejus restitutionem sicut aliorum externorum valide condonare. Illicite tamen condonatur, si ejus fama necessaria esset ad edificationem proximi, vel ad tollendum scandalum; tunc enim peccaret contra caritatem.

In reliquis autem casibus non potest valide condonari restitutio fame. 1. Si infamia tua redundet in alios, qui inde manent infamati vel suspecti: quia non potes de aliorum fama disporre, & cedere jus, quod habent, ne infamia eis inferatur, & ut illa tollatur, talis est infamia religiosi, quae redundat in suum ordinem, &c. 2. Si fama tua necessaria sit ad redam numeris tui administrationem, nisi officium deponas, vel aliter famam tuam apud alios recuperes. Nam subditi habent jus, ut manus tuam erga illos recte ac utiliter exercent, ideoque ut tollatur impedimentum ortum ex tua infamia. 3. Si ex tua infamia secutorum est damnum alicui tertio; nam infamator tenetur ex iustitia impedire illud damnum, cum et causam iniuste dederit, ac proinde tenetur tollere infamam tuam, ex qua obventurum est, nisi tamen aliter removeatur.

2. Excusat, si fama fit aliunde recuperata, puta per sententiam iudicis, vel per rei evidentiam, vel per testes, aut aliter. Quia jam sublatum est totum damnum illatum: ergo nihil manet refarcendum; perinde ac si eorum ibi surreptum casu receptis. Foras tamen infamator condemnari per iudicem ad aliquam satisfactionem etiam pecuniariam in poenam repositam: sed si non accusetur apud iudicem, tenetur tantum ad satisfaciendum per signa doloris, penitentiam venire, vel honorem aliquem secundum

conditionem personarum, ob merorem illatum & infamiam, quam passus est laesus, donec sublata fuerit, si putetur tamen satisfaciendum velle. Damna autem in aliis bonis ex infamia secuta, compensari semper debent. Calumniator tamen tenetur semper revocare calumniam, non obstante sententia iudiciali accusatum absolvente, quia per illam sententiam non sufficit restituta est fama apud omnes: multum enim existimant ob defectum probationum criminis, non vero ob ejus falsitatem.

3. Si restitutioni sit impossibilis; nam nemo tenetur ad impossibile, ex reg. jur. in 6.

4. Si revera nulla fuit infamia ex detractioe secuta, ut si audientes jam antea sciebant quod narrati, vel illud non crederent, quia tunc nullum damnum secutum est; ergo nullum est refarcendum. Si tamen tua narratio infamia proximi nocibiliter aucta est: aut si auditors induci sunt ad iudicandum malum de proximo, quod antea tantum suspicabatur, teneris ad restitutionem: quia tunc fuit illi causa iniusta talis incrementi, seu damni.

5. Si restitutio fieri nequeat sine periculo vitae infamatoris, quae iudicio prudentum praestet famae infamati. Quia non est obligatio restituendi cum longe majori damno, spectatis omnibus; nec tunc laesus est rationabiliter invitus. Si tamen ex tua calumnia pendeat infamato aut aliis damnum grave in spiritualibus, vel periculum vitae, aut grave scandalum, aut grave malum publicum, teneris cum periculo vitae famam restituere. Nam illa damna aequivalent, aut etiam praestant damno vitae infamatoris. Idem dic, si iactura fame, vel aliorum bonorum tantum, vel fere tantum ex circumstantiis alicuius, quanti iactura vitae tuae: nam quisque tenetur damnum a se illatum restituere etiam cum aequali, vel paulo majore detrimento suo. A fortiori fieri potest, ut quia famam restituere teneatur cum iactura bonorum omnium.

6. Juxta multos non teneris restituere, si crimen verum occultum, quod aliis narrati, fiat iuxta iustitiam publicitate, quia infamatus amiserit jus ad famam.

7. Si infamia penitus abiecit in oblivionem; nec periculum fit ne reviviscat: quia tunc infamia jam est ablata, ac proinde damnum sublatum. Sed si reviviscat potest; erit tunc obligatio restituendi. Si autem periculum fit, ne aliquando infamia reviviscat, (ut facile fieri potest, nam homines data occasione facile recordantur quo oblitii erant) debet detractor satisfacere pro illo periculo, honorando, laudando infamatum, immo & dicta revocando, si crimen fit falsum.

*Quaest. XVIII.* An in restitutione fame potest fieri compensatio?

*Resp.* 1. Est mortale contra iustitiam falsum crimen sive in iudicio, sive extra illud imponere etiam calumniatori ad suam iustitiam, vel famam tuendam. *Est communis sententia, teste Delugo.* Quia 1. est medium intrinsece malum, & prohibuitur haec lege. *Non falsum testimonium dicitur, Mat. 19.* estque mendacium perniciosum ac iniustum in re gravi: nam quicumque habet jus, ne ei ob ullam causam falsum crimen assignetur. Hinc Concil. Arelatense I. & II. & Massicon. I. & alia: Conclia jubent excommunicari generaliter eos, qui falsum crimen obijciunt.

ciatur aliis. Innocent. XI. damnavit has propositiones. 43. Quidam nonnulli veniale sit detrahentis auctoritatem magnam sibi vociam falso crimine clidere? 55. Probabile est non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui ut suam iniustitiam defendat. Et si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

Resp. 2. Non licet infamatum infamare, narrato etiam vero crimine precise ad compensandam infamiam illatam. Est communis sententia. Quia non licet privata auctoritate malam pro malo reddere, & vindictam exercere. Non reddentes malum pro malo, sed maledictum pro maledicto, sed a contrario benedictentes, quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hereditatis possideatis. Qui enim vult vitam diligere, & dicit videre bonum, coercet linguam suam a malo, & labia eius ne loquantur dolium. Declinat a malo, & faciat bonum: inquit dominus. & sequatur eam. 1. Pet. 3. Est autem meta vindicta, quando quis privata auctoritate infert damnum, per quod proprium damnum non impeditur, vel acceptum non refarcitur, ut cum infamia alterius non tollit nam infamiam: sic non licet incendere domum ejus qui tua incendit. Hinc qui se mutuo infamant, tenentur ad restituendum tibi mutuo famam, nisi sibi mutuo condoneat, ut praesumitur, si aequalitas fit in infamia.

Resp. 3. Si quis te falso infamet, est communis sententia potius aliquid ejus defectum vel peccatum verum occultum detegere ab labefactandum ejus testimonium, v. gr. quod antea fuerit deprehensus in mendacio, perjurio; modo hac manifestatio fit utilis & necessaria ad famam tuam defensionem, nec majorem ei infamiam pariat, quam fit ea quam tibi injuste parat. Quia 1. quique habet jus tuendi propriam famam, quam alter vult injuste adimere, nec ille est tunc rationaliter injurius; cum cogat laesum ad hoc medium necessarium. 2. Potes detegere crimen alterius ad impediendum grave damnum proprium vel proximi; ergo multo magis id potes ad averendum damnum, quod ipse criminiosus tibi parat injuste inferre.

Illicita tamen est defensio immoderata propriae famae, ut si majorem infamiam alteri inferas ad tuam minorem averendam: nam esset inaequalitas, ideo quae injuria refarcienda.

Quod si manifestatio alieni criminis non sit necessaria ad famam tuam defensionem, five quia potes eam aliter tueri, ut rebus, & juramento &c. five quia haec revelatio ad tuam defensionem inutilis est, tunc illud detegendo peccas contra justitiam, & tenoris ad restitutionem. Nam ille habet jus ad famam, quando eius infamia non est necessaria ad infamiam, quam tibi injuste infert, amovendam: & sine justa causa laederetur fama proximi, quod est intrinsece malum: essetque meta vindicta, Sanchez, Molina, Delgado, Lessius dicunt hanc esse communis sententiam.

Resp. 4. Duii duo se mutuo infamarunt, & infamia utriusque aequalis est, si unus nolit famam alteri restituere, juxta multos aliter non tenetur ad restitutionem, modo infamia prioris non redundet in alios. Prob. 1. Ex cap. ult. de adul. ibi: Cum paria crimina compensatione mutua deleantur. Quia in rebus temporalibus, quando jura sunt paria, si alter nolit tibi servare jus & solvere debitum, nec

tu teneris prestare quod ei debet: est enim quaedam justa defensio tui juris, & compensatio boni tibi debiti. Fama autem est bonum temporale, cujus dominum sumus: unde uterque potest ob infamationem suam alter alteri restitutionem fame condonare. Qui tamen prius laesit, tenetur ad restitutionem tantis excessibus infamiae, alioqui non reduceretur aequalitas. Item si altero volente tibi restituere, tu non isdem qui prestare, peccas graviter contra justitiam; quia es causa damni quod is injurius patitur. Neque enim infamatio tui tollit infamiam eius illatam.

Quest. XIX. An qui infamiam a se injuste illatam tollere nequit, tenetur pecunia compensare?

Resp. Multi negant, eo quod bona superioris ordinis nequeant restitui per bona inferioris ordinis: ac proinde tunc sit impotentia restituendi. Nam, inquit, justitia commutativa, quae aequalitatem spectat ac postulat, non obligat ad restitutionem, nisi res ablata reddi possit vel in se, vel in equivalente saltem ex parte. Sed fama potest bonum superioris ordinis ad pecuniam, non potest reddi in equivalente etiam ex parte per pecuniam, alioqui bonum inferioris ordinis posset tandem per sal incrementum exequare ex toto bonum superioris ordinis, ac proinde pecunia totam famam, contra illud, Prov. 21. Melius est nomen bonum, quam divitiae multae. Igitur cum fama sit supra omne pretium, non est pretio aestimabilis, nec compensabilis.

Alii tamen cum S. Tho. 2. 2. q. 62. art. 2. ad 1. & 2. probabilius docent, talem teneri compensare pecunia, vel piis suffragiis pro infamato oblatis, vel aliter arbitrio prudentis, propter eadem rationes, ob quas dicitur pecuniam pro damno vite vel membri restitui debere. Vide dicta, part. 2. cap. 6. qu. 6.

Fatetur Lessius, infamatores teneri ex quadam aequitate & etiam ex caritate infamiam pecunia compensare, si infamatus sit pauper, qui non videtur aliter mororum depositurus, & infamator fit divites. Sicut enim ratione alicujus conjunctionis vel beneficii accepti lex caritatis mo magis obligat erga hunc, quam erga alium: ita etiam ratione alicujus incommodi, quod alteri intulit, magis tenor erga illum. Sed videtur haec esse obligatio justitiae: nam ex justitia deplendi debet moror injuste illatus, & in hoc casu pecunia est unicum medium aptum ad eum tollendum.

Porro consentiunt omnes, infamatores, si per iudicem condemnentur ad satisfactionem pecuniarum, teneri ex justitia illam prestare. Quia supposita tali injuria iudex habet jus eum ad talem satisfactionem condemnandi in poenam criminis, & dandi laesum ad illam; idque etiam si fama est recuperata; nam iudex potest iuxta poenam punire delicta etiam post damna facta. At quique tenetur iuxta sententiam parere. Item si infamator transiit certa pecunia summa cum infamato, tenetur ex justitia eam tradere: nam hoc pactum est justum, cum infamatus possit certa pecunia pacisci, ut cedat jus quod habet ad accusandum infamatores, & exigendam satisfactionem ac restitutionem cum erit possibilis. Juste autem conventiones obligant ex justitia.

Quest. XX. An honor per contumeliam laesurus sit, & quomodo?

Resp. 1. Qui injuste alterius honorem laesit fit

voram aliis, five coram ipso solo, ex communi sententia tenetur ad restitutionem. Quia fecit injuriam contra justitiam commutativam; & contumelia parit immundationem dignitatis; & dolorem ac mororem, quae per satisfactionem tolli debent. Nam secundum estimationem hominum per contumeliam laeditur & immundatur dignitas: dam enim aliquem contumelia afflicto, ejus dignitatem laedi, eumque quantum in re est, viliorum reddis.

Item qui causam offensionis dedit proximo, tenetur quantum potest ipsum placare, & se ei reconciliare, ex Matt. 5. Qui dixerit fratri suo, saeva, veus erit gebenna ignis. Si ergo offers manus tuam ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi manus tuam, & vade prius reconciliari fratri tuo. Ego consentiens adversario tuo cito &c.

Quod si honor coram aliis laesus sit, debet apud illos omnes restitui, alioqui honor injuste ablatum non restitueretur ad aequalitatem. Si tamen laesus vindictam sumperit de inonorante, & 7. gr. si eum percussisset, & sic id toleravit, secundum Delgado non requiritur ordinare superior satisfactio pro honore, nisi laesus sit multo superior. Quia pro satisfactione videtur acceptare vindictam de se sumptam, & hoc ipso quod alter vicissim non vindicet, censetur agnoscere suam culpam, & testari existimatione de laeso. Debetur tamen alia reparatio honoris apud alios testes injuriae, qui de hac vindicta sumpta nihil rescierunt.

Resp. 2. Si simul cum contumelia illata sit infamia, vel ex illa sequatur aliquid aliud damnum, tunc etiam cum fama refarciri debet damnum illud, quia laesum est illorum causa injusta.

Resp. 3. Ea adhiberi debet satisfactio, quae prudentum iudicio, spectatis omnibus circumstantiis personae laedemae, & laesae dignitate, injuriae gravitate &c. sufficit ad reparandum honorem violatum: nam justitia obligat ad satisfactionem aequalem offensa &c.

Varii autem assignantur satisfaciendi modi, scilicet exhibitio externi honoris, amica & honorifica solutatio ac compellatio, invitatio ad mensam locum honorificum tibi dando, significatio doloris, venia peticio, & alia signa doloris, humilitationis & reverentiae erga offensum &c. Raro autem superiores tenentur veniam a subditis petere, ne dum nimia servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas, ait S. August. epist. 109. Sed contumeliam offensionis majoris benevolentia & peculiari honore ac favore tollere possunt.

Nota. Omissio honoris debiti superioribus vel etiam aequalibus, est peccatum non solum contra observantiam, sed etiam contra justitiam, ideoque obligat ad aliquam satisfactionem. Quia hoc debitum rigorosum est, & omissio honoris debiti, ubi & quando debetur, est inhonoratio ac contumelia interpretativa; nam per illam censetur laedi dignitas superioris, & honor aequalis: ut si transeunt praetato, non aperias caput, ceteris aperientibus, ceteris eum contumelia afflicere.

De injuriis in bonis, quae dicuntur fortuna, & necessaria restitutio.

Nota. Injuria circa bona fortuna complectuntur omnes damnificationes, five actiones & omissiones, quibus damnum in ejusmodi bonis injuste alteri inferitur, five rem ejus usurpando, recipiendo, detinendo, five destruendo, five deteriorando, five exigendo id quod non debetur, five non solvendo id quod ei debetur ex justitia, five quovis alio modo. Quia omnia sub nomine furti laesae sumpti comprehenduntur, & prohibetur praecipio: Non furtum facies, ex Concil. Colon. & Carth. Romano. A parte enim totum significavit quidquid illicite rerum proximi auferitur, ait S. August. in c. Panale 24. qu. 5. Et vero inferre quocumque modo damnum alteri, idem est, quod quidpiam ab ipso auferre, Nam (ut ait Aristoteles) damnum quempiam accipere idem est quod minus habere quam habere debuit. Quae quoque dicuntur de furto stricte sumpto, applicanda sunt omnibus aliis modis creandi damni proximo.

Quest. I. Quid est furtum & rapina, & quomodo differunt inter se?

Resp. 1. Furtum sumitur tripliciter. 1. Latissime pro omni injusta damnificatione in bonis, five commissione, five omissione fiat. 2. Late pro omni injusta acceptance rei alienae, five ea fit fraudulenter ut fit per contractus iniquos, five occulte ut fit per furtum stricte dictum, five violente ut fit per rapinam. 3. Stricte, & furtum sic sumptum est occulte rei alienae oblatio invento rationaliter domino, vel ejus justo detentore.

Dicitur 1. Ablatio, per quam intelligitur occupatio, acceptio & retentio: nam acceptio, & accepti retentio moraliter censetur eadem actio: qui enim rem alienam inique retinet, licet eam antea juste acceperit, perinde facit ac si tunc primo injuste acceperit. Detinere id quod alteri debetur, eandem rationem nocumenti habet cum acceptance injusta: ideo sub injusta acceptance intelligitur etiam injusta detentio, ait S. Tho. 2. 2. qu. 66. art. 3.

2. Occulte, hoc est, quod fit domino nesciente, vel scilicet quam quis intendit facere domino nesciente, & sine vi.

3. Rei, quo nomine a Theologis intelliguntur non solum res corporales & mobiles, sed etiam res immobiles & jura, ut census, servitutes, usus ac possessio.

4. Inveio domino, seu sine consensu domini saltem prudenter praesumpto. Nam si quis acceperit a liquid, quod prudenter iudicat donatum dominum, si peteret, & nequit petere, non furatur, ex l. 47. §. de furt. Si autem id incertum fit, praesumendum est dominum invitum, cum nullus praesumatur velle ut bona sua auferantur.

5. Rationaliter. Nam dominus debet esse cum ratione invitus: unde qui in extrema necessitate accipit occulte ea quibus indiget ad vitam servandam, nec aliter potest habere, non est reus furti.

6. Vel ejus detentore, seu possessore. Nam furtum committitur quoties auferetur res invito eo qui

eam legitime possidet vel detinet, ut conduttore, commodatario &c. Ex l. 1. no. & 21. s. de furtis. Quia tunc auferitur usus, possessio, vel securitas, quam ante per illam rem habebat.

Resp. 1. Rapina est rei alienae usurpatione iniusta & violenta, seu facta presente & invito domino, vel eius detentore iusto. Specie differt a furto, quia iniustitia furti sperandam aliam iniuriam speciem contra proximi honorem: nam vim inferre alicui in bonis suis, species quadam est contemptus & contumelia. Quare rapina ceteris paribus est peccatum gravius furto. Immo fieri potest ut quis mortaliter peccet in genere contumelie, licet res ablata sit materia furti venialis, ut si rem exiguum superiori vel persone illustri per vim eripias.

Porro rapina reus est, qui per metum iniuste incussum aliquid ab altero extorquet: ut si publici ministri, vel potentes viri aliquid indebitum possulent ab aliis, quod rogati ab eorum reculare non audent, esseque crimen concussionis. Nam ipsis interius renitentibus vim inferunt, dum exterius relaxari non audent.

Quest. II. Quomodo dividitur furtum?

Resp. Dividitur in simplex, & qualificatum, quod scilicet secundum leges est dignum maiore pena, quoadque quadruplex est. Primum est Sacrilegium, quod est furtum rei sacre, vel rei prophanæ in loco sacro. 2. Est Peculatus, quod est furtum rei ad fidem vel ærum publicum pertinentis. 3. Plagium, quod est furtum furti alieni, vel etiam hominis liberi. 4. Abigatus seu adductio alienorum pecorum.

Quest. III. Quale peccatum sunt furtum, & quevis iniusta damnificatio, & rapina?

Resp. Sunt mortalia ex genere suo; ita omnes. Constat, 1. Ex l. 1. Cor. 6. ad nescitis quia huius regnum Dei non possidebitis? Nolite errare... Neque fures... Neque rapaces regnum Dei possidebitis. 2. Quia sine iusta causa & auctoritate inferre dampnum proximo est tum contra caritatem, tum contra iustitiam: quæ virtutes obligant sub mortali in re gravi. Quam gravæ scilicet furtum sit, ipsa natura vis & ratio satis ostendit: est enim iniuria contrarium, quæ sum cuique tribuit, ait Catechismus Concilii Tridentini.

Dixi, Ex genere suo: quia furtum potest esse veniale ex parvitate materie: nam per furtum rei levis leve dampnum inferitur proximo, nisi inde sequatur aliud malum.

Quest. IV. Quanam quantitas requiritur, ut furtum, vel quevis alia damnificatio in rebus exterius sit mortalis?

Nota. 1. Furtum rei levis potest esse mortale per accidens ratione damni inde secuti aut lucri cessantis: ut si cum fureris furtori, qui non possit aliam habere, & ideo uno, vel pluribus diebus operas suas perdat; tunc peccas mortaliter, non quidem peccato furti strictè dicti, cum non surripias aliquid notabile, sed peccato damnificationis iniuste, quæ prope nomine caret: nam per ablationem acus es causa iniusta, cuius factor dampnum grave patietur; est autem mortale contra iustitiam, creare alteri grave dampnum sine iusta causa. 2. Ratione scandalii, ut si scias ideo alterum blasphematum: nam mortale est sine iusta causa facere id, ex quo providetur alter mortaliter peccaturus. 3. Ratione gravis

infortis, quem concepit dominus ex furto rei levis propter affectum ad illam: tunc enim graviter peccas saltem contra caritatem, ex qua tenemus impedire grave dampnum proximi, quando facile possimus; licet illud irrationabiliter eventum sit. Sed hic queritur quomam materie quantitas per se requiritur ad mortale, scilicet uno alio.

Nota. 2. Quantitas per se requisita ad mortale peccatum in furto & quavis alia damnificatione iniusta, debet esse gravis, vel absolute, vel respectiva: nam ablatio rei levissima, puta oboli, non potest esse mortalis per se, cum sit levis lesio proximi, & leve malum. Quantitas autem gravis absolute est ea, quæ secundum se & respectu omnium est notabilis, & parit utilitatem notabilem: ideoque eius ablatio privat notabilitatem, & sic inferendum dampnum notabile, & consequenter reddit dominum cum ratione graviter iniurium. Quantitas gravis respectiva est ea, quæ est notabilis relate ad facultatem, conditionem & indigentiam certarum personarum, spectatis omnibus circumstantiis: sic quantitas aliqua levis respectu divitis, censetur gravis ac notabilis respectu pauperis ratione illius inopie. Hinc Marc. 12. Christus ait, viduam pauperem, que duo minuta dederat, plus, spectata scilicet eius penuria, & deside, quam divites, qui multa præbuerant.

Resp. Quantitas gravis absolute, ideoque sufficiens ad mortale respectu omnium, etiam regum, est ea, quæ exsuperat valorem sexaginta assium leuitarum librarum. Nam talis summa secundum se spectata, est notabilis, & parit utilitatem notabilem. Nec levis est etiam respectu regis spectatis omnibus eius oneribus: ad que sustinenda non parum juvat: ex ea enim rex potest uno die decem vel duodecim milites alere, qui vitam suam pro illo exponant, vel unum militem per multos dies. Igitur cum talis valor in ordine ad usus humanos sit magnus in se, nec contemnendus, eius dampnum merito censetur magnum absolute & respectu cuiuslibet vel distincti, quem privat facultate disponendi de bono secundum se notabili, nec parum utili; & sic talis valoris dampnum est notabile secundum se ac ratione boni ablati. Adde quod si tale furtum non prohiberetur graviter, daretur occasio multis illud parandi, unde sequeretur gravissimum dampnum principibus; immo multi doctores minorem quantitatem ad mortale assignant etiam respectu distinctiorum.

Quantitas vero gravis respectiva ad conditiones personarum & sufficiens ad mortale, quadruplex est; nimirum respectu divitis est circiter triginta asses; respectu mediocriter divitis viginti asses; respectu artificis non pauperis duodecim asses, vel quantum ei valet merces operæ diurnæ; respectu pauperis sex asses, vel id quod singulis sufficit ad victum diurnum. Nam unaquæque hæc summa respectu singulorum merito censetur notabilis, & singuli præsumuntur in his esse cum ratione graviter iniuri: enim vero talis summa est respectu singulorum pretium laboris haud levis, & illis sufficit ad victum diurnum, & non exiguum ipsis pari utilitatem; atque eius privato incommodum non leve. Et vero viginti diurnum secundum communem existimationem, est quid notabile: ergo quantitas ad cum necessaria, est etiam notabilis.

Nota. Cum quantitas materie furti mortalis non possit mathematicè statui, sed tantum moraliter, qui

regi surripere summam designatam excepto uno vel altero asse, censetur peccare mortaliter, quia in moralibus parum pro nihilo reputatur: ac proinde quæ parum distat, nihil distare censetur.

Quest. V. An & quando peccatur mortaliter per minuta furta?

Resp. 1. Ex communi sententia, qui per plura parva furta, uni vel pluribus facta, intendit acquirere quantitatem notabilem, intendit acquirere illa intentione: quia voluit furandi rem notabilem, nisi inferendi dampnum notabile, mortalis est: nam est volitio peccandi mortaliter, & actus voluntatis participat tantum malitiam objecti. Tum etiam quovis furto levi ex illa intentione procedente; quia singulis vicibus asseri rem parvam cum intentione mortali auferendi magnam. Quod autem sit ex intentione mortali, quamvis in se leve sit, est peccatum mortale: actus enim imperatus a voluntate participat malitiam interioris actus imperantis: nam cum illo constituit unum moraliter actum totalem, etique illius executio. Superaddita tamen tali intentione, multa illa furta continentur facta, unum sunt furta mortalia: quia manant ab uno eodemque proposito efficaci, non interrupto & virtualiter permanente. Sed si interrupte fiant, tunc multiplicatur actus voluntatis mortaliter mali: Item peccat mortaliter qui rem levem semel furatur cum voluntate furandi mortali, si ea occurrerit, quia habet volitionem furti mortalis.

Resp. 2. Qui sæpe minima furatur sine animo auferendi rem notabilem, sed tantum ex occasione data accipit successive quantitatem notabilem, vel dampnum notabile paulatim & successive infert, peccat mortaliter per ultimum furtum vel dampnum rei de se levis, ubi advertit se per illud quantitatem notabilem completere. Est communis sententia. Prob. Non solum quia tunc incipit detinere alienum in notabili quantitate, ut docet communis sententia, sed etiam ratione ipsius acceptionis, ut docet saltem communior. Nam tunc scilicet accipit usque ad notabilem quantitatem, & hæc ultima acceptione notabile dampnum infert. 2. Qui vult & ponit completum dampni notabilis proximi, eo ipso vult dampnum notabile proximi, sed qui vult dampnum notabile proximi, peccat mortaliter: Ergo. Et vero si quis decem furis parvis surripit novem asses artificis, & videns, si adhuc tres furatur, quantitatem fore notabilem, & dampnum grave respectu illius, certo eo ipso quod vult furari & furatur tres asses, vult saltem interpretative quantitatem quam surripit, esse notabilem, & dampnum quod intulit, esse grave. Sed qui hoc vult, peccat mortaliter. 3. Hæc ultima acceptio licet de se levis, prout conjuncta moraliter cum aliis prioribus complet ablationem rei gravis, revera gravis est, ac proinde mortalis: sicut retentio ultime partis licet de se levis, tamen quantum cum retentione aliarum jam acceptarum complet retentionem gravem, est gravis ac mortalis retentio. Itaque licet licet furta præterita non uniantur mortaliter cum hoc ultimo in ratione peccati, uniantur tamen ratione materie & damni illati: multe enim leves materie & multa levia damna inferunt se mortaliter uniantur, & aliquid grave constant. Hanc autem totam materiam gravem censeri velle per ultimum furtum illam complens, quo volens inesse retinere multas, ac proinde adiacet accipit

unam cum aliis prioribus aliquid grave constituentem: si que vis omnes illas simul sumptas, ideoque grave dampnum alterius.

Hinc famuli & ancille peccant mortaliter, & reventur ad restitutionem, si per plura furta levia etiam circa æscentia & peculenta, quantitatem sufficientem ad mortale compleant: quamvis iuxta multos requiratur major quantitas in æscentiis & peculentiis, quæ ipsam continent, quam in iis quæ aliis donant. Item die de liberis, licet circa illos multo requiratur majorem quantitatem, quam circa famulos, quia, inquit, parentes sunt minus inviti.

Immo secundum Rebell. Sanchez, Delugo, Bonac. & alios, quodlibet furtum leve factum post completam materiam est mortale. Quia toties adest voluntas saltem implicita augendi prius dampnum grave, quod respiciatur; & toties completur voluntas habendi materiam gravem, partim retinendo, partim addendo novam, ac proinde quodlibet furtum subsequens est executio talis prave voluntatis.

Resp. 3. Qui per furta minima quantitatem notabilem implevit, ex communi sententia tenetur sub mortali peccato rei alienæ, seu alteri debite notabilis, & lædendi jus alterius in re gravi. Hinc Innocentius XI. damnavit hanc propositionem: Non tenetur quis sub poena peccati mortalis restituere quod ablatum est per pauca furta, quantumcumque sit magna summa totalis.

Resp. 4. Tot hæc doctrina de levis furis vera est, etiam si fiant diversis personis, quantum singulis seorsim fuisse dampnum dumtaxat leve patiantur, ita ut 1. quodlibet ejusmodi furtum cum animo quid notabile acquirendi, sit mortale. Ita communiter. Tum quia graviter & generaliter damnantur in Scriptura omnes, qui unum ponderibus vel mensuris iniquis, licet ex tali usu sæpe leve dumtaxat dampnum singulis obveniat; Deut. 25. Non habebitis in sacco diversa pondera, majus & minus: nec eris in domo tua modius major & minor... Abominatur enim Deus eum, qui facit hæc, & averatur omnem iniquitatem. Et Prover. 11. Spesiosa dolosa abominatio est apud Dominum... & pondus æquum voluntas eius. Tum quia quodlibet sit cum voluntate mortali, seu peccandi mortaliter: nam mortale est velle furari alienum in magna quantitate, cum hoc graviter prohibitum sit, & materia sit gravis. Præterea hæc ratio damni creandi nocet graviter societati humane; unde merito censetur graviter prohibita jure naturali: nam aliqui singuli a diversis possent grave dampnum accipere, & daretur anxia artes ac labores honestos negligendi; nam citra mortale quilibet posset distecere per minuta illa furta diversis facta.

Licet plura levia furta ac damna fiant diversis sine intentione acquirendi aliquid notabile, sed tantum ex occasione data, tamen ultimum furtum, seu dampnum de se leve, sed complens quantitatem notabilem, est mortale. Ita Turrianus Valentia, Sanchez, & alii multi. Quia licet quantitas sit levis respectu singulorum, quibus fit furtum, nec proinde singulis inferatur grave dampnum, est tamen notabilis respectu communitatis, seu multitudinis eorum. Ergo fur ultimo furto levi complente quantitatem notabilem, vult & infert dampnum notabile illius

communitati sui multitudini eorum: & vult habere & habet alienum in magna quantitate. Et vero multis inferre damnum parvum, peius est, inquit Lessius, ac si uni inferas magnum; nam omnia illa parva simul juncta efficiunt unum magnum, quod est communitatis, que tali summa potest aliquem notabiliter juvare.

3. Est obligatio fidei mortali sic accepta restituendi quam primum, nam aliqui iniuste restituerent res aliena notabilis, & notabile damnum iniuste illatum continuarentur. Quod si restitutor fieri moraliter nequeat singulari, quibus subtrahenda est res levis, aut illam leve damnum, vel quia ignorantur si singuli, vel quia executio difficilior est, quam res tantilla possidet, vel quia periculum est infamie; tunc restitutor fieri debet pauperibus communitatis demeritorum, vel in alia pia opera eidem loco utilis impendi: nam hoc videtur consentaneum iustitiae voluntati illorum. Secus, si quis fit modus restituendi ipsis levis vel maiori illorum parti, v. gr. vendendo eisdem civibus postea in maiori mensura, vel mittendo pretium: quia levis habet jus ut damnum fidei restituatur, dum restitui ei potest.

Nota. Secundum multos ad mortale requiritur major quantitas in furtis parvis, que sunt pluribus, quam que uni: quia damnum divisum in plures censetur minus. Idem Doctores communitate aliquando plus requirunt in furtis levisibus ad mortale constituendum, quam in uno furto gravi, quando inter furtiva illa parva intervallum magnum intercedit. Quia dominus minus graviter cum ratione inivus est, & minus damnum censetur, quam si simul eadem quantitas furripere. Unde exigunt quantitatem paulo majorem in illis furtis mixtis, ut quantitas cencatur notabilis in ordine ad constituendum mortale, quam in uno furto gravi. Certe si non adeo magnum sit intervallum, non requiritur ad materiam gravem major quantitas, dum paullatim accipitur, quam dum simul; nam tunc illa ejusdem est estimationis, & damnum eque magnum inferunt.

Quest. VI. An quando plures uni per levia furtiva grave damnum inferunt, singuli peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem, licet singuli parva accipiant?

Resp. 1. Si id communi consilio, vel auxilio, vel concursu fiat, singuli peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem in solidum: nam singuli consentiunt in totum damnum, & ad illud totum mortaliter cooperantur. Hinc si multi milies vineam ingressi, communi consilio vel auxilio notabile damnum inferant, quilibet miles peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem in solidum, licet duos tantum racemos carpisset.

Resp. 2. Si id casu fiat, ita ut alter alterius non sit conscius, sed quilibet seorsim, & dependenter ab alio leve damnum inferat, ignoretque damnum ab aliis illatum, vel inferendum, tunc nullus peccat mortaliter, & singuli tenentur solum sub venia si restituere partem damni a se illati. Quia tunc singuli non sunt causa physica aut moralis damni notabilis, nec in illud ultatenus consentiunt, unde quod damnum notabile ex singulorum furtis simul sumptis sequatur, est omnino per accidens & prater intentionem singulorum.

Resp. 3. Si advertant notabile damnum inferendum per minuta furtiva, & tamen aliquid leve singuli

accipiant, sed sine communi consilio & auxilio, ita ut nullus sit alteri suo exemplo vel hortatione causa furandi, quilibet peccat solum venialiter, & tenetur tantum ad restitutionem levis damni, quod inferit; quia quilibet non est physica vel moralis causa damni gravis, sed dumtaxat levis. Damnum enim leve per suum furtum intulit, & non fuit illi causa, nec occasio furandi, ut supponitur; nec consilio, auxilio, aliare ratione cooperatus est moraliter damno ab aliis illato. Nec unum furtum ratione solius cognitionis aliorum conjungitur moraliter cum illis in ordine ad constituendum unum damnum grave imputabile damnum, nec quilibet tunc vult interpretative damnum notabile proximi, ac in illud consentit. Quia quilibet non cooperatur moraliter gravi damno, & per accidens ac prater ejusque intentionem est, quod suum furtum cum aliis grave damnum physice constituit.

Quest. VII. An fur acquirat dominium rei furtive?

Resp. Neg. Si ea discerni possit rebus propriis: quia ad transferendum dominium requiritur justus titulus, ex l. 3. §. de acquir. rer. dom. qui hic deest. Idem dic de usuris, quia ex hac lege nunquam muda traditio transfert dominium, nisi precesserit venditio aut justa causa. Cum autem, inspicit de rer. divis. dicitur, traditione rei transferri dominium, hoc intelligitur de traditione rei cum justo titulo, quom alibi leges requirunt. Ad traditio usurarium est sine justo titulo seu causa justa; nam ratione mutui nihil licet accipere; nec illa liberaliter ac sponte donantur; sed sunt bonum alienum domino inivio ac sine justo titulo acceptum & retentum, perinde ac pecunia a latrone exorta. Hinc qui bona fide res aliena a fure vel usurario accipit, tenetur eas restituere vero domino, ubi primum id recierit: nam nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse habet, l. 54. §. de reg. jur.

Si autem fur vel usurarius res furivas vel usurarias suis rebus permiscuerit ita ut ab his discerni nequeant, & ipse habeat animum acquirendi sibi totum cumulum, eorum dominium juxta multos acquirat, ex insit. de rer. divis. & l. 78. §. de solut. libi: Si alieni nummi insitio vel inivio domino soluti sum, manent eius, cuius fuerunt. Si mixti essent, ita ut discerni non possent, ejus fieri qui accipit, in libro Cassi scriptum est, ita ut actio domino cum eo qui desitit furti competere. Sed lex illa non loquitur de mixtione mala fide facta. Et Insit. loci cit. id relinquunt arbitrio judicis. Illud certum est, remanere tunc obligationem restituendi eorum valorem, & compensandi omnia: damna ob injuriam illata. Ex communi autem sententia fur & usurarius sunt dominii pretii accepti ab emente bona fide rem aliquam alienam, sed cum predicta obligatione, ex l. 49. §. de furt. libi. Quod enim ex re furiva redigitur, furivum non esse nemini dubium est. Nummus ergo qui redactus est ex pretio rei furivae, non est furivus. Quare si hac pecunia fur aliquid emat, v. gr. panum, venditor sit dominus talis pecunie, nec tenetur illam restituere, cum sit furis: sed fur manet obligatus ad restitutionem. Immo fur aliquid emens pecunia furiva, sit emptor dominum acquirat, ex l. penult. Cod. Si quis alteri sibi &c. Venditor vero non sit dominus

pecunie furivae, nisi quando illam cum propria miscuit, ita ut ab illa discerni nequeat, l. 78. §. de solut. Ratio est, quia fur non habet dominium rei furivae sicut alter contrahens vel fure: ergo non potest illud aliquid transferre. Præterea hoc ita statutum est legibus; nec est iniquum, quia pro eo quod rei alienæ venditor fit dominus pretii, ipse vicissim emptori de eversione obligatus manet.

Quest. VIII. An liceat occipere rem suam apud alium extantem?

Resp. 1. Qui occulte accipit rem suam apud aliam justo titulo, v. gr. piguaris, locarionis, commodati extantem, peccat contra justitiam, & tenetur rem illam reddere, & restitue damnum, si quod inde evenit. Quia iniuste alium privat usu juris, quod in illam rem habet, scilicet juris securitatem ex ea percipiendi, vel ea utendi. Qui autem rem suam apud alium depositam furim accipit, peccat; quia (ut ait S. Th. q. 66. art. 3. ad 3.) gravat depositum, & sic tenetur ad restitendum hoc gravamen, ipsum monendo, vel depositum reddendo.

Resp. 2. Qui occulte accipit rem suam apud alium sine justo titulo extantem, & quam potest alia ratione, puta per iudicem recuperare, peccat contra justitiam legalem, quia violat juris ordinem. Sed non tenetur ad restitutionem, quia res illa sua est, & alter nullam jus in illam habet. Ita S. Th. 2. 2. q. 66. art. 4. ad 6. libi. Qui furim accipit rem suam apud alium iniuste detentam, peccat quidem, non quia gravat eum, qui detinet; sed ideo non tenetur ad restituendum aliquid, vel ad recuperandam sed peccat contra communitatem justitiam, dum ipse sibi usurpat suæ rei iudicium, juris ordinem pratermissis. Et ideo tenetur Deo satisfacere, & dare operam ut scandalum proximorum, si inde ortum fuerit, sedetur. Tali autem non peccat, si alia ratione, nempe petitione, vel iudicis auctoritate, vel sine magnis sumptibus rem suam recuperare non potest, modo absit scandalum, & moneatur iniustus detentor (si fieri potest) nihil iam debere.

Quest. IX. An sit licet occulta compensatio?

Nota. Occulta compensatio est, cum inficio eo qui tibi debet, accipis, vel reimes privata auctoritate ex tui bonis ea, que tibi certo debet ex justitia. Resp. 1. Non licet officibus Resp. officibus, operariis, famulis & ancillis &c. aliquid furripere, eo quod putent stipendium, de quo convenimus esse justo minus. Quia, 1. Innocent. VI. damnavit hanc propositionem: Famuli & famula domesticæ possunt occulte heris furripere ad compensandum operam suam, quam majorem iudicant salario, quod accepturum. 2. Nunquam licita est compensatio, nisi debitum sit certum, quod hic non contingit. 3. Agerent contra pactum: nam conferunt in pretium minus. 4. Nihil eis debetur ex justitia ratione laboris & operarum, nisi pretium de quo conventum est, licet sit infimum, ex Matth. 10. Non facio tibi injuriam: nonne ox denario convenisti mecum? Quod si constaret pretium illud, de quo convenimus, esse minus infimo, tamen fieri potest ut illo quod opera non sit magis utilis domino, qui illos nolisset acceptare sui majore pretio. An autem hoc ita se habeat, non ipsum, sed domini est iudicare. 5. Non inveniant alios, qui plus debe volunt. Ego illud est iustum pretium: nam iustum

pretium est illud, quod communiter homines solum: non enim plus valet res vel opera, quam id quod communiter pro ipso inveniri potest. Danique si id liceret, aperiretur via innumeris furtis: nam isti sibi facile persuaderent stipendia esse iustiora, essentque iudices & executores in propria causa etiam dubia ac incerta. Hinc factores peccant contra justitiam, si retinent fragmenta panni, sili sebrica &c. ut sic compensent sibi mercedem, quam putant satis magnam non fore; & tenentur ad restitutionem. Idem die de aliis, qui laborant in materia aliena.

Resp. 2. Concurrentibus certis conditionibus licita est occulte compensatio. Ex communi sententia. Quia jure naturali cuique licet in damnum se servare citra alterius injuriam. In occulta autem empenfatione licita nemini sit injuria: nam occulta compensatio neque est contra justitiam commutativam, cum nulla injuria inferatur debitori nolenti solvere; ipsi enim ex justitia tenentur tantumdem dare, & creditor accipit id quod ex justitia suum esse debet, etique justa defensio ab injuria, qua creditorem continuo vexat debitor iniuste retinendo id, quod est ex justitia debet. Ergo debitor non potest esse rationaliter inivus quod substatuam; sed nec quomodammodo, quia creditorem excusat necessitas, & impotentia altere accipendi solutionem. Neque est contra justitiam legalem & publicam potestatem: nam supponitur iudex vel nolle, vel non posse rem debitam creditori adjudicare.

Conditiones autem necessarie ad licitam compensationem, hec sunt.

1. Ut certum sit, rem illam tunc adu debitam esse ex justitia. Nam si id incertum fore, non liceret quidquam furipere: quia in dubio & in casu incerto melior est conditio possidentis; & iniquum est pro debito incerto certam solutionem propria auctoritate sumere, atque exponere se periculo accipendi rem alienam sibi non debitam. Neque id licet, si res non esset debita ex justitia, sed solum ex gratitudine; quia debitum ex gratitudine non est rigorosum, nec ullum parit jus ad rem, nec est circa aliquid determinatum, sed pendens ex libera voluntate altere. Defectus hujus conditionis continet peccatum iniustitie obligans ad restitutionem, quia tunc fit injuria cum damno.

2. Ut creditor non possit rem suam vel sibi debitam alia ratione, puta petitione, vel per iudicem obtinere, saltem sine gravi detrimento vel incommodo. Alioquin fietur injuria publice potestati, & peccaretur contra ordinem debitum a jure constitutum juxta l. unic. Cod. Ne quis in sua causa. ibi. Generali lege decernimus, neminem sibi esse iudicem, vel sui sibi dicere debere. Solvuntamen defectus hujus conditionis non obligat ad restitutionem: quia debitor non est illatum damnum, cum (ut supponitur) non plus acceptum sit ex ejus bonis, quam certo debitum erat ex justitia. Ita S. Antonin.

3. Ut creditor non accipiat rem debitorem depositam apud fe, vel sibi commodatam ex l. 1. Cod. de pos. & l. ult. Cod. commodat. & excc. ult. de de pos. ubi Gregor. IX ait: Sane depositori licuit, pro voluntate sua depositum revocare contra quod compensationis, vel deductionis locus non fuit: ut contrarius, qui ex bona fide oritur, ad persidiam minime referatur, licet compensatio admittatur in aliis, si casu

*si causa ex qua populatur, sit liquida.* Ratio est, quia licet contra fidelitatem & obligationem depositi vel commodati, quod maximam fidem postulat, & contra conventionem saltem tacitam restituendi rem domino.

4. Ut accipitur res in eadem specie, si fieri potest: aliqui debitores res sine necessitate & ejus consensu, ac proinde iniuste pertraherent.

5. Ut fiat sine periculo scandali, & infamiae propriae vel proximi, vel damni tertii, qui putaretur furatus, & cogere restitueret. Nam quamvis hoc damnum sequeretur per accidens, tenemur tamen ex caritate impedire grave malum proximi, quoties possumus sine nostro gravi damno.

6. Ut fiat sine injuria tertii, qualis esset, si acciperetur res alteri commodata, locata, oppignorata, vel apud eam deposita. Nam iste tertius habet jus, rem illam ad suum usum vel securitatem detinendi, aut custodiendi. Item si bona omnia essent hypothecata aliis: nam si haberet jus ex iis solutionem accipiendi cum detrimento aliorum. Vel etiam si non essent hypothecata, sed non sufficerent aliis debitis solvendis, non potes integram solutionem recipere, nisi hypothecam vel privilegium habeas: nam aliqui non habes jus ad integram solutionem cum damno aliorum, sed solum pro rata, cum alii creditores aequo jus habeant ad bona debitoris, quod jus violas, si ex integro debitum recipias; nam auferas aliis id, quod pro rata perciperent. His adeo, ut facta compellatone, debitor, si fieri moraliter potest, moveatur nihil iam debere; tum ne permanet in peccato, existimando se teneri debitum solvere; tum ne ipse, vel ejus haeredes cogantur iterum solvere suis haeredibus. Quod si voluerit postea solvere, non debet accipi iterata solutio, vel si nequeat sine infamia recitari, occulte statim restitui debet.

Cum autem rarissime omnes iste condiciones concurrant, rarissime licita esse potest compensatio occulta. Quamvis autem fit illicita, non tamen obligat ad restitutionem, nisi quando iniuste illatum est damnum alteri.

Quest. X. An licet in gravi vel extrema necessitate aliena surripere?

Resp. 1. Non licet in necessitate tantum gravi alienum surripere. Prob. 1. Ex c. 3. de furt. Si quis propter necessitatem famis aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestem, vel pecus, poenitentia hebdomadae rei. 2. Innocentius damnavit hanc propositionem: Permissum est furari non solum in extrema, sed etiam in gravi necessitate. Neque iure naturali, neque gentium id permittitur, cum in sola extrema necessitate bona sint communia. Immo id debuit iure naturali prohiberi: nam si liceret, pateret via innumeris furis cum magno sceleratis humanae detrimenti, ac perturbatione Reipublicae. nec homines satis ablinerent ab otio, inertia, vel dilapidatione bonorum.

Resp. 2. In extrema necessitate licet accipere rem alienam, necessarium ad vitam suam vel suorum conservationem. *Est communis sententia.* Quia in extrema necessitate omnia sunt communia saltem quoad usum. Nam quisque habet jus naturale & obligationem conservandi vitam suam ac suorum per media ordinaria ad hoc ex se ordinata, & a Deo auctoritativa: omnibus concessa, qualia sunt bona ex-

terna, quorum proinde divisio & proprietates fieri non potuit, nisi servato alio jure istud illis in extrema necessitate.

In tali necessitate potest aliquis occulte rem alienam accipere, ut subventum proxima se indigni, ita S. Th. 2. 2. q. 66. art. 7. ad 3. si nempe ex propriis bonis nequeat illi subvenire: tunc enim surripiciens est veluti instrumentum indigentis. Praeterea cum quisque tenetur diligere proximum fidei seipsum, potest & debet ei subvenire eo modo, quod sibi licite possit & vellet optulari in eadem necessitate.

Neutrū tamen licet, 1. Si dominus res sit, vel foret in pari necessitate. Ita omnes. Nam in pari causa melior est conditio possidentis, reg. jur. 2. nisi probabilis ipse sit, posse te convenienti modo petendo obtinere id quod indiges; quia cum propria per donationem habere potes, sine necessitate alienum surripere. Putat tamen Lessius, in hoc casu peccare solum venialiter non petendo: eo quod non peccetur quoad rem ipsam, sed solum quoad modum, & dominus debeat esse contentus quoad substantiam.

Qui autem rem alienam etiam magni momenti clam in extrema necessitate surripuit, secundum multos non tenetur restituere; quando commoda facultas aderit. Quia omnia tunc sunt communia simpliciter & absolute, cum bona ad vitam conservationem a Deo hominibus omnibus concessa sint. Unde S. Th. ad 2. ait. Per tales necessitates efficitur suam id, quod aliquis accipit ad sustentandam propriam vitam. Tenetur tamen restituere id, quod mutuo accepisti, vel emisisti, & in extrema necessitate consumpsisti. Quia consumpsisti rem propriam acquirunt per contractum obligantem ad reddendum aequivalentes; & ideo quando res illa perit, tibi, qui es dominus actu, perit, non alteri, qui fuit, sed iam non est ejus dominus. Quare obligatio, quam per contractum contraxisti, per supervenientem necessitatem fuit solum suspensa, non extincta. Idem dicit, si res in necessitate accepta perdidit hanc transacta, ex cap. Quod 1. q. 7. Sic qui equum alterius abtulit, ut fuga vitae consulat, tenetur illum reddere, ubi ex periculo evasit: quia indigetab solum vult equi, non ejus proprietate. Item qui magnam pecuniam summam in extrema necessitate surripuit, tenetur ea transacta residuum restituere, quia cessante tali necessitate cessat jus ex ea ortum, quod est solum ad vitam necessaria. Item si non sis simpliciter & absolute pauper, sed habeas alibi bona, teneris restituere, quod extra parvam in extrema necessitate surripuit; quia non licet alienum surripere, nisi eo modo, quo extrema necessitas urget. At necessitas non est simplex & absoluta; ergo non potes quicquam sumere nisi sub conditione restitutionis. Praeterea non habes plus juris ad capiendam rem alterius, quam hic habeat obligationem eam dandi tibi: at tenetur solum eam tibi mutare, cum non sis simpliciter pauper.

Quest. IX. Quandoam uxor marito, & maritus uxori injuriam inferri in bonis, & tenentur ad restitutionem?

Resp. 1. Ex communi sententia, uxor peccat contra justitiam, & tenetur restituere viro vel ejus haeredibus, si aliquid de bonis dotalibus, vel communibus, vel propriis viri surripuit aut impendat in-

vito

vito rationabiliter marito. Ubi injuriam cum damno inferri marito: nam is solus in suum commodum habet administrationem dotis, & bonorum communium, quae scilicet conferuntur initio, vel acquiruntur tempore matrimonii, & proprietatem mediae partis horum, ut constat ex jure: dominium vero omnium bonorum propriorum, id est, quae ipse ante matrimonium habebat, & quae per contractum matrimonii possit esse communia. Uxor tamen, secundum communem sententiam, potest de bonis communibus, & fructibus dotalibus accipere quantum opus est ad fam sustentationem, ad quamcumque familiae necessitatem, si maritus ea doneget, cum dare possit; vel ad elemosinas moderatas faciendas secundum consuetudinem praevarum mulierum ejusdem conditionis & facultatis, nisi vir sufficienter largiatur, vel ad averendum damnum familiae aut mariti, ut fecit Abigail 1. Reg. c. 25. Item si maritus sit prodigus, potest uxor subtrahere bona necessaria ad alendam familiam, & educandos ac collocandos liberos secundum iura statum. Nam in his omnibus maritus non est rationabiliter iniustus, cum speciali jure tenetur ista praestare, & familiaris ac uxorem sustentare convenienter suo statui, & spectatis facultatibus utriusque. Vir enim debet uxori tanquam quodammodo, familieque decem sustentationem pro qualitate status & quantitate facultatum utriusque; & ideo uxor dedit ei dotem, & insuper praestat subsidium aequo operas suas.

Potest etiam uxor ex bonis dotalibus & communibus, si non habeat alia, nec vir dare velit, accipere quantum opus est ad sustentandam sustentationem necessitatem patri indigentis, vel mariti, vel propriis indigentis, si quam habet ex alio matrimonio, modo remaneant necessaria marito & ejus familiae. Quia ipsa tenetur illi subvenire, & isti ipsi speciale ac si pretendi alimenta habent, nec vir potest rationabiliter id inique ferre. Omnia tamen sic tradita tenetur probabiliter uxor referre in suam partem, dum partitio fiat cum haeredibus viri; quia iniuste de alieno subtraheret, cum habeat propria. Alii tamen censent, uxorem ad hoc non teneri; quia ea lege censentur matrimonia contrahi, ut onera & debita realia quoque superveniant uni conjugum, sicut quoque debita alterius; & quia inopia parentum, filiorum, uxoris censetur esse inopia ipsius uxoris, cui maritus subvenire tenetur.

Resp. 2. Maritus peccat contra justitiam, & tenetur restituere uxori, vel ejus haeredibus, 1. Si disset ejus dotem, cum dotis proprietates sit pene uxorem; vel accipiat aut impendat bona parapaterna, id est, ea bona que uxor non auferit in dote, nec per contractum matrimonialem voluit esse communia, sed sibi reservavit; nam uxor habet illorum omnium plenum dominium & administrationem, nec proinde vir habet jus ullum de his disponendi. Idem dicit de bonis sibi a marito vel a quovis alio donatis, ut de illis libere disponat.

2. Si bona communia notabilis quantitate, invita uxore, prodige donet, vel in usus malos aut vanos impendat: nam licet horum a ministratio sit pene maritum, tamen proprietates mediae partium illorum ad uxorem jure communi pertinet; ac proinde maritus facit ei injuriam, partem ipsius, ipsa rationabiliter invita, profundens. Unde soluto matrimonio, tenetur maritus, vel ejus haeres ad restituendum uxori

Amorin. Theol. Moral. T. II. P. I.

si, vel ejus haeredibus. Ita Lessius, Sanchez, & alii multi.

Quest. XII. An liberi peccant, & tenentur ad restitutionem, surripiendo bona parentum?

Resp. Liberi qui surripuit vel impendit aliquid notabile ex bonis parentum, vel ex bonis quorum dominium vel usufructum pater habet, peccant mortaliter, & tenentur restituere parentibus vel cohaeredibus. *Est communis sententia, & constat.* 1. Ex Prov. 28. Qui subtrahit aliquid a patre suo, & a matre, & dicit hoc non esse peccatum, participat homicidio est. Ergo peccat mortaliter: 2. Quia accipit rem alienam notabilem inventori domino: neque enim habent jus ullum disponendi de bonis parentum viventium. Nam quovis filiusfamilias sit heres, non tamen est adhuc dominus rerum, & ideo dare non potest, ait S. Th. in 4. dist. 42. q. 2. art. 5. q. 2. ad 2. Quare Catech. Rom. ait furtivos esse filios & uxores, qui a parentibus & viris pecunias surripunt.

Idem dicit si filius contra voluntatem parentis in usus vanos vel illicitos, ut in compositiones, commensationes, ludum &c. expendat summam notabilem ex iis pecuniis, quas patens ei ad honestos tantum usus praefinitos dedit, puta ad emendum libros, vestes &c. quia patens non intendit illi pecunias donare absolute ac simpliciter, sed tantum cum restrictione ad usus a se determinatos. Unde filius non habet jus de illis disponendi, nisi ad tales usus: pater enim non plus juris ei conferit, quam intendit conferre. Ita Lessius, Navar. &c.

Hinc si filius habeat bona castrensa, vel quasi castrensa, tenetur ex illis restituere: si non habeat, tenebitur in partitione hereditatis cum cohaeredibus computare in suam partem quod surripuit, nisi confiteri hoc tantumdem surripuisse, vel nisi pater expresse, aut tacite condonaverit.

Quest. XIII. An si filius familias plus ceteris fratribus pro parte labore, & aliquid ultra suam sustentationem ex labore suo ac industria lucraretur, sustinetur ex tali lucro pretium operationum suarum subtrahere, patre invito?

Resp. Nihil potest sibi affirmare, si parentes egeant ejus obsequio: quia filius ex pietate debet eorum obsequio utrique parenti indigenti. Quod si parentes non egeant ejus obsequio, & plus lucraretur, quam impendat, iuxta multos potest operae stipendium petere, sicut potest alteri locare operas, ex l. 1. c. 1. de obseq. libi: Pietatem liberi parentibus, non operas debent. Quod si nihil petat, nihil potest clam surripere. Quia tunc censetur parvi laborare, & aliqui si petiverit, pater potuisset eum repellere, & ejus loco accipere alium, qui gratis aut viliori pretio aut melius servisset. Ergo cum pater non contraxerit cum filio, ei non debet salarium, praesertim cum non sit conductus, ut talis filius salarium a patre exigat. Praeterea etiam debetur illi salarium, non ei licet surripere parte vivo, quia illud lucrum censetur inter bona adventitia, quorum possessio & usufructus pertinent ad partem donec filius emancipetur.

Multi tamen contra multos docent, in tali casu filium familie qui laboravit cum voluntate mercedem aliquando percipiendi, sed quam ex metu patrem offendendi petere non ausus est, posse exigere aliquid suo labori congruentem, quod patre mortuo ex-

Bb

bo-

bonis furtivis, deducit sustentatione & usufructu. Quia, inquit, filius non debet esse deterioris conditionis quam extraneus, cui ejusmodi merces deberetur; neque tenetur pro patre non indigente gratis laborare. Et licet in foro externo censetur gratis laborasse, cum nullam passionem iniecit; tamen hæc presumptio non habet locum in foro interno, cum ille semper haberit voluntatem contrariam. Ita Bartolus, Decius, Navarrus, Lessius, Cabassus, &c. Sed hoc est incertum. Quare non ei licet salarium occulte compensare; nam occulta compensatio non est licita, nisi ubi jus certum est.

Quæst. XIV. An qui rem furtivam emit, tenetur illam restituere domino?

Resp. 1. Qui rem furtivam emit mala fide, sciens, vel dubitans esse furtivam, tenetur eam restituere si habeat, vel ejus pretium in defectum furis, si non habeat nec possit recuperare. Est communis sententia. Quia injustitiam commisit, rem alienam mala fide sibi accipiendo contra voluntatem domini: unde tenetur ratione injustæ acceptionis. Nec potest a domino exigere pretium furti datum, & impensas ad eam emendam accersendas factas, & dominus tenetur illi totum ei reponere. Est communis sententia. Quia ille rem domini utiliter possedit, ut rem ejus exigere pretio emendo, ne ei periret. Ergo æquitas exigit, ut ei reponatur quicquid de suo ad hoc impendit; quod si magno, vel fere equali pretio emit cum tali intentione, dominus tenetur solum reddere, quantum judicio prudentum gerendo utiliter negotium ejus, impendere potuit.

Resp. 2. Qui rem furtivam emit bona fide, nesciens, nec dubitans esse furtivam, tenetur eam restituere domino etiam non repetenti; nec potest reddere furi utrumque datum recipiat, nisi certo sciat ab eo rem domo restitutum iri. Ita Major, Covarruvias, Medina, Solus, Azor, Molina, Layman, & alii multi contramittunt. Quia i. dominus habet jus, ut sua sibi res restituatur a quocumque ejus possessore, non obstante iactura pretii; nam ea non obstante, dominus potest per se immediate a quovis possessore rem suam recipere ac vendicare; l. 3. Cod. de rei vindic. & dominus nihil juris circa talem rem amittit, perinde ac si a fure donata fuisset. Dominium enim rei alienæ non transfertur nisi per legem, aut iudicis sententiam, vel per domini voluntatem, ex l. 81. §. de reg. jur. Id quod nostrum est, sine iusto nostro ad alium transferri non potest. Ergo possessione ratione rei acceptæ tenetur eam reddere domino. Et vero perinde esse videtur, si dominus rem suam repetat, si vero ob facti ignorantiam non repetat: nam ignorantiam ipsi sum non admittit. 2. Si fur non inveniretur, vel si obisset, iuxta omnes, res furtiva deberet reddi domino, nec potest exigi pretium datum: quia nempe est aliena. At ex eo quod reperiri latro possit, idem dominus nullum jus amittit. 3. Tradens rem alienam furi non restitutor, cooperaris inique illius detentioni, & po-

sitive concursit ad privandum dominum propriæ rei. 4. Res cum omnibus suis conditionibus, & melioramentis ad dominum em pertinet. Cuius jam fit in statu securitatis apud emptorem, & hic status spectat ad rem ipsam, siquæ quoddam melioramentum extrinsecum rei, ad dominum pertinet. 5. Non licet rem alienam a periculo ereptam in illud reducere, v.g. non licet rem alienam ab incendio extraham in ignem projicere. His addit textum Tob. 2. supra cit. qui supponit rem bona fide emptam esse. Nec potest emptor pretium furti datum a domino repetere, ex l. 2. Cod. de furt. ibi: In civitatem rem (id est, contra jus, ut ait glossa,) desideratis, ut agnitas res furtivas non prius reddatis, quam pretium solutum fuerit a dominis. Nam qui emit a fure, nullum habuit jus in re emptæ, nisi quod a fure potuit transferri. At nullum jus potuit a fure transferri; cum fur nullum haberet, ex reg. jur. 97. in §. & l. 54. §. de diversi. reg. Nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse habet. Ergo emptor nihil potest exigere pro re illa, in quam jus nullum habet; sed damnam, quod inde patitur, fortuito casui imputare debet, perinde ac si pecuniam ad illicitam accepisset, vel aliquod casu amittisset. Si tamen fecit furem restitutum rem domino, potest ei reddere ut pretium datum recuperaret; nam tunc dominus non est rationaliter lævis. Immo fur habet jus rem repetendi reddito pretio ut eam restituat.

Obj. 1. Qui furi rem emptam reddit, is non potest rem illam in perire suam quam erat ante emptorem. Ergo non facit injuriam domino.

Resp. Neg. consequ. Nam rem privat statu intermedio meliore, quam acquisiverat.

Inf. Hic status non provenit ex ipsa re, sed ex libera voluntate ementis.

Resp. Undecumque proveniat hic status, spectat ad rem, prout inde ad dominum rei. Sic res ex incendio erepta ab altero, non potest ab eodem in idem periculum injici. Ergo dominus jus habet, ut res sua in illo statu meliori, seu securiori relinquatur.

Obj. 2. In jure datur actio furi, per quam possit rem repetere.

Resp. Non datur talis actio, nisi quia prudenter iudicatur, velle rem domino restituere, quod leges illæ presumunt.

Resp. 4. Si emptor bonæ fidei rem furtivam bona fide consumpsit, aut si illa apud eum casu vel culpa perit, non tenetur ejus pretium restituere domino, nisi quatenus ejus pretio vel ea factus est ditor, ex l. 23. de petit. hered. quia fidei possessor bonæ fidei, seclusa lego positiva aliud statuent.

Resp. 5. Si quis rem furtivam bona fide emptam reventiderit, & postea compareat dominus, primus emptor tenetur rescindere contractum; pretium secundo emptori reddere, & rem ipsam furtivam restituere domino. Ita Sotus, Azor, Valentia, Delugo, & alii. Quia 1. Venditor ex vi contractus tenetur servare emptorem indemnem ab omni lite, molestia, & sumptu circa rem venditam, nec potest eum ad alium ablegare, ex l. 1. §. de detest. alioquin esset inæqualitas, ideoque injustitia: nam cum accepit pretium certum ac securum, cuius dominium in eum transfertur, tradere debet emptori rem securam, cuius quoque dominium in eum transferatur: quæ

rem si non tradit, tenetur pretium reddere, & rem accipere, ut reponatur æqualitas. 2. Error dedit causam contractui, nec emptor voluit tradere pretium nisi pro re, cuius dominium in ipsam pariter vere transferretur. Quare venditor non satisfacit cedendo actionem, quam habet contra eum, a quo prius eam emit; hoc enim non est, cum indemnem servare, sed cogere ad sumptus & molestias, ex l. 31. §. de actione empt.

Quod si comparet domino, secundus emptor, qui rem habet, inveniri nequeat, venditor non tenetur pretium acceptum domino rei restituere, nisi illud quod ex revenditione sine industria propria lucratus est, vel nisi rem dono accepisset. Quia cum domino tenetur solum ratione rei acceptæ, & jam rem alienam non possidet, nec habere queat, tenetur solum restituere, quatenus ex ea factus est ditor. Et aliunde leges statunt, ut venditor rem furtivæ valeat ad transfundendum dominium pretii pro ea accepti: quoniam tamen ipsius rei, l. 49. §. de furt.

Quæst. XV. An qui pascit, vel ligna cadit contra justam prohibitionem, tenetur ad restitutionem?

Resp. 1. Qui pascit, vel ligna cadit in loco altius privati, vel in loco communis suæ, sed locato alteri, vel in loco alterius communis, peccat contra justitiam pro ratione rei ablatæ, & damni illati, quod sepe multo plus est, quam res succisa valeat: & tenetur ad restitutionem. Ita Sotus, Lessius & alii. Quia violat jus alienum cum damno: nam herbe & ligna, utpote prædiorum fructus, pertinent ad dominum fundi, qui potest ea locare & vendere.

Licet tamen, herbis & frugibus collectis, mittere oves ad pasendum herbam nascentem, quam dominus agri non est venditurus, nec ex ea utilitatem percepturus, nec suo gregi destinaturus. Quia tunc non auferat alienum invito domino, sed tacite consentiente, & ita fert consuetudo recepta.

Resp. 2. Qui in loco communis suæ pascit, vel ligna cadit contra justam prohibitionem, peccat, & tenetur restituere communitati, si magnum damnum inferat. Ita Delugo, Valentia & alii. Quia auferit alienum invito domino, & injuste inquit portionem alterum. Enimvero si pecunia ad communitatem suam pertinentes & singulis ejus membris distribuenda summam notabilem surripere, non graviter peccaret, & restituere tenetur? Ergo etiam peccat, & ad restitutionem tenetur, si æquivalens injuste quoquo modo auferat. Idem dicat a fortiori de eo, qui ligna cadit in sylva ad principium tenentem, cum vere auferat rem alienam invito domino.

Quæst. XVI. An ii, qui contra prohibitionem venatur, piscatur, vel aucupatur, peccat & tenetur ad restitutionem?

Nota. Certum est, 1. Eum qui alterum impedit a venatione vel piscatione, ad quam jus habet, peccare, & teneri ad restitutionem probabilis lucri, quod deducit impensis ac laboribus facturus erat, quia ei injuriam inferit cum damno. 2. Eum, qui etiam jure venando, dampnum aliis inferit, puta fenegetis proculcando, sepimenta dissipando &c. teneri rescindere damna illata: quia alii habent jus, ne dampnum patiantur in bonis suis. 3. Eum, qui occidit aut læsit animal alterius, dom in suo prædio dampnum inferit, peccat graviter, & teneri ad restitutionem. Quia non habet jus occidendi aut lædendi

animal alienum, sed solum expellendi, & satisfactionem exigendi; non enim ideo definit esse domini sui, sine cuius consensu destitui non potest nisi per auctoritatem publicam.

Resp. 3. Qui venatur in fundo alicujus privati invito domino, semper peccat saltem venaliter. Ita Covarruvias, Medina, Lessius, & alii. Quia facit injuriam: nam dominus jus habet, ut nemo in suo fundo se volente venetur, ex injur. de rer. divis. Et, l. Item, §. de usufructu. Quod si notabile dampnum inferat, ut capiendo feras, quas dominus fundi venaturus erat, & probabiliter capturus; vel crebra venatione efficiendo, ut minoris æstimeret jus vendandi, quod vendere, & locare statuerat, peccat mortaliter contra justitiam, & tenetur ad restitutionem iudicio prudentis statuumda: nam violat jus domini cum gravi ejus dampno.

Resp. 4. Qui venatur in fundo alieno, sepe vel nullo clauso, peccat graviter, & tenetur restituere animalia in tali loco detenta, que ibi cepit. Quia ejusmodi animalia furti domini, cuius eis locus, cum consentiant amittit naturalem libertatem, & jam occupata a domino, a quo facile apprehendi possunt. Injur. de rer. divis. Idem dicat de eo, qui in alieno stagno vel vivario piscatur: quia piscas omnes ibi conclusit, sunt domini loci.

Resp. 5. Qui venatur aut piscatur in loco publico non prohibito, nec ulli spectanti addito, sed modo, seu medio, vel tempore prohibito, peccat mortaliter, si notabile dampnum inferat, v.g. extinguendo magna ex parte ferinam bobolem, vel aquas inficiendo. Lessius & alii. Quia tunc graviter lædit jus venandi ac piscandi, quod habet communis, & spem lucri ac oblationis injuste aliis eripit, vel saltem notabiliter minuit: unde tenetur ad rescandendum hoc dampnum.

Resp. 6. Qui venatur in loco publico venationi Principis vel aliorum juste assignato, semper peccat contra justitiam saltem venaliter, & mortaliter, dum notabile dampnum inferat, ut capiendo feras magis pretii, vel multas, ita ut Principes vel alii qui soli jus venandi habent, non possint tunc capere quot antea solebant, vel non æque facile &c. Ita Valentia, Lessius & alii. Quia tunc graviter lædit jus Principis; unde tenetur ad compensationem damni, si Principes eam curet, nec contentus sit ut deprehensam pecnam lauat.

Resp. 7. Qui in loco publico prohibito, vel ad privatum pertinentem venatur invito domino, licet peccet, & tenetur rescindere dampnum illatum, non tamen tenetur restituere feras captas, quæ libertate naturali fruebantur. Quia ejusmodi fere sunt primo occupantis, cum nullius sint, nisi tamen fere libertate fruentes lege aliqua ita addicantur Principi vel bono publico, ut non cedant in dominium captivum.

Quæst. XVII. An tributa solvi debent ex justitia?

Nota. Tributum hic late sumitur, nempe pro eo omni quod principi vel Reip. penditur, ut & statum ac dignitatem suam tueri, & communibus necessitatibus ac commodis proficere possit. Unde hæc voce continetur etiam vectigal, quod pro rebus in civitate, vel provinciam investitis, vel ex ea evectis exigitur, & vocatur etiam Gabella.

Resp. Est obligatio justitiæ solvendi iusta tributa ac vectigalia. Est communis sententia. Prob. 1. Ex

Matth. 23. *Reddite quae sunt Caesaris Caesari.* Et Rom. 3. *Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vestigialia vestigialia.* 2. Quia ex iustitia debentur principi ratione sui officii ac laboris pro Rep. & pacti saltem impliciti sumque iustitiam, ad subsidia necessaria ad onera publica sustinenda, ad pacem, tranquillitatem, ac iustitiam tuendam, resp. pericula averenda &c. Principes enim ex officio tenentur subditorum felicitati, quieti, ac saluti diligenter consulere, iustitiam perse, vel per suos praefectos ac magistratus administrare, crimina avertere, punire & coercere subditos, & eorum bona ac iura rueri, hostes arceri: item Leges divinas, Ecclesiam, & eius jura ac decreta, atque Religionem catholicam tueri ac promovere. Ut autem haec praestare possint, tenentur populi, tributa ac vestigialia eis solvere, licite parere. Hinc tributa iusta solvi debent antequam petantur, nisi ex consuetudine non solvantur ante petitionem, & ex communi sententia, teste Valentinus, restituere debet, qui ea non solvit. Item non licet uti fraude ad vitandam ignominiam, sed solvi debet saltem cum exigitur.

Immo etiam exteri tenentur vestigialia solvere. Quia iuste si imposita sunt, & sub hac tacita conditione admittuntur ad negotiandum; atque onus hoc compensatur pro protectionem ac securitatem quam ibi habent, & per alia commoda que ibi percipiunt.

Ut autem tributa iusta sint, non debent esse maiora quam possit principis sustentatio, consideratis status dignitate ac dititione, & necessitas vel magna Reip. utilitas. Nam hic est finis ad quem ordinantur, propter quem solum exigi possunt; ideoque non debent illum excedere. Quod si principes plus exigant ad superfluum luxum, ad prodigias largitiones, ad usus vanos &c. peccant contra iustitiam, & tenentur ad restitutionem. Quia non habent potestatem in personas & facultates subditorum nisi in eo ordine ad bonum commune, & suam sustentationem convenientem. Nam omnis potestas publica est solum ad bonum publicum instituta, ideoque non se extendit ultra illud, cum finis rei sit eius mensura. Unde S. Th. 2. 2. q. 66. art. 8. ad 2. ait: *Si aliquis principis indebitae exortatione, rapina est, sicut & latrocinium.* Unde dicit Augustinus, *remota iustitia, quid sunt regna nisi magna latrocinia...* Unde & ad restitutionem tenentur, sicut & Latrones. Debent quoque tributa exigi secundum proportionem facultatum singulorum, sic ut non alii plus, alii minus graventur, quam iustum sit.

Quod si bonum commune postulet, ut nova & extraordinaria tributa imponantur ob causam publicam, in eam ex iustitia impendi debent, & causa cessante cessare.

Obj. Samuel 1. Reg. c. 8. ait: *Hoc erit ius Regis: filios vestros tollet... agros quoque vestros, & vineas, & oliveta optima tollet &c.*

Resp. Non intelligitur ius legitimum, sed usurpationem, quod Reges sibi arrogaverunt esse praedicebat Samuel, ut populum e Regis possessione avocaret. Unde vox hebraea significat iudicium, mortem Regis. Nam 3. Reg. c. 21. Deus Regem Achab graviter arguit, & gravissima mala ei intemat, quod vineam Naboth usurpaverit.

Porro in dubio de iustitia tributorum, ea solvi debent. Quia in dubio iustitia debet praesumi pro

justo precepto superioris possidentis ius percipiendi, & exigendi tributa, quod ius est altius & majus iure, quod habent subditi in bona que possident. Praeterea principis saepe habet causas iustas occultas. Immo etiam esse evidenter iniuste sive ex voto, sive ex parte, tamen solvenda sunt, cum exiguntur ad vitandum scandalum ac perturbationem publicam, ob quam causam quique ius suo cedere debet.

Quest. XVIII. *Quid dicendum de Decimis?*  
 Resp. Decimae solvi debent ex iustitia & religione secundum receptam consuetudinem, & ad restitutionem tenentur qui eas non solvunt integras, vel solum de deterioribus gener. Constat 1. ex titulo de decimis, ex Conc. Genus. Later. II. quod c. 10. de laicis decimas Ecclesiarum quoquo modo accipientibus ait: *Nisi Ecclesia reddiderint, sciant se sacrilegii crimine committere, & periculum damnationis aeternae incurere.* Eadem autem est ratio de non solventibus & sibi retinentibus. Et ex Later. IV. c. 52. ibi: *Decimas Ecclesiarum cum integritate persolvant, & ad id per censuram ecclesiasticam compellantur. Ille quippe decima necessario sunt solvenda, quae debentur ex lege divina, vel loci consuetudine approbata.* Item ex Conc. Trid. sess. 25. c. 12. ibi: *Cum decimarum solutio debita sit Deo: & qui eas dolo voluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadunt.* 2. Quia ius bona consecrata Deo, & debita ex iustitia intuitu religionis in sustentationem ministrorum, qui habent ius percipiendi sustentationem a populo, cum in eius commodum occupati sint, & pro eo Deum orant, laudent, sacrificium offerant, & alia facta ministeria obeant.

Quest. XIX. *An male distribuuntur bona, vel onera communia, tenentur ad restitutionem?*

Resp. 1. Quamvis violatio solius iustitiae distributivae non obliget ad restitutionem, quippe quae est adus specialis; quia tamen saepe iustitia commutativa concurrit cum distributiva, ideo saepe mala distributio honorum, vel onerum distrahendorum obligat ad restitutionem, quoties scilicet in violatur iustitia commutativa, seu aliquod alterius ius in re, vel ad rem.

Resp. 2. Qui onera, tributa, militum hostilia &c. male distribuit, nec iustam proportionem in eis servat, tenetur ad restitutionem privatis, quos illa inproportionata distributio gravat. Quia in hoc violat etiam iustitiam commutativam: nam illos sine causa iusta spoliat bonis que possident, vel graviori incommodo afficit, & privatus quique habet ius strictum ac proprium, ne supra facultatem, & debitam proportionem gravetur.

Resp. 3. Distributio honorum communium debito modo privatis ex aliquo titulo particulari, v.g. laboris, operae, pacti &c. ut solutio stipendii faciendarum militibus, vel operarius ex arario publico, pertinent ad iustitiam commutativam, quippe quae versatur circa debitum ex aliquo titulo particulari, ut constat ex eius notione. Quare si male fiat, contrahitur obligatio restituendi.

Resp. 4. Si bona communia ex lege, vel consuetudine, vel voluntate superioris, aut donatoris destinata sint principaliter in bonum eorum quibus distribui debent, qualia sunt proventus aliquarum civitatum, ad hoc donati vel destinati, ut singulis incolis distribuantur proportionate ad indigentiam, vel

merita aut dignitate singulorum; Item pecunia summa a principe in premium constituta militibus, qui fortiter pugnantur; aut spolia hostium iustu ducis dividenda inter milites pro singulorum meritis ac dignitate, male ac distribuuntur tenentur restituere eis, quibus minus distribuitur quam habere debebant. Quia in ea distributione violatur iustitiam commutativam: nam singuli habent ius accipiendi proportionate ad suam indigentiam, vel merita, servitia &c. fundatum in donatione talium bonorum per distributorem proportionate faciendi.

Item qui accipit bona distribuenda pauperibus alioquin communitatis iuxta cuiusque indigentiam, tenetur ex iustitia commutativa talem pecuniam illis pauperibus, & non aliis sic distribuere secundum voluntatem donantis. Nam singuli illi habent ius rigorosum in donatione fundatum accipiendi secundum suam indigentiam. Ita S. Th. 2. 2. qu. 63. art. 2. ad 3. ibi: *Recompensatio, quam facit distribuens ei, cui dedit minus quam debuit, fit per comparationem rei ad rem: ut si quanto minus habuit quam debuit, tanto plus ei datur. Et idem iam pertinet ad iustitiam commutativam.*

Resp. 5. Qui male distribuit bona communia primario ordinata ad bonum commune, ut qui conferunt officia publica, vel beneficia ecclesiastica indignis aut minus dignis, tenentur reparare damna inde secuta Ecclesiae, vel communitati. Quia ex officio & pacto implicito, vel ex commissione accepta, ideoque ex iustitia commutativa erga Ecclesiam, vel communitatem, reobatur in hac distributione bono communi propiciere, & eligere digniores. Sed iuxta multos non tenentur ad restitutionem dignioribus quos praeterit, quia hi non habent ius strictum ac sibi proprium, & fundatum in titulo aliquo particulari proprietatis, pacti, donationis, contractus, nisi id factum sit in concursu & examine, in quo digniores habent ex pacto implicito ius sibi proprium, ut aliis praerantur.

Quest. XX. *An in dubio, utrum res sit aliena, revertitur debet?*

Resp. 1. Qui bona fide rem possidere cepit, si postea incipit dubitare, an sit aliena, tenetur ex iustitia veritatem diligenter exquirere. Nam haec investigatio necessaria est, ut univocum quod suum est restitatur, & alius se exponit periculo retinendi rem alienam. Quod si post diligentem investigationem non appareat probabilis ius esse alienam, manet in possessione bona fidei, nec tenetur restituere; quia in tali dubio melior est conditio possidentis, iuxta reg. 65. iur. in 6. *In pari delicto vel causa, prior est conditio possidentis.* Et l. 170. §. de reg. iur. *In pari causa possessor prior haberi debet.* Nam possessor praeter ius dubium utriusque aequale habet jus certum actualis possessionis, quo potiori iure vincit jus dubium alterius non possidentis. Idque exigit bonum commune, ut finiatur lites, sumptus impendantur, bona non negligantur, & alioqui nemo fere securus esset in rerum suarum pacifica possessione.

Quod si aequale appareat rem esse alienam, Azor cum aliis docet, licere possessori eam contumelie vel vendere, modo in animo habeat ejus pretium domino postea cognoscere restituere, & admoveat emptorem de illo dubio: nam est quoddam vitium occultum rei, ex quo damnus emptori sequi potest, si dominus comparat. Si vero multo pro-

babilius possessori appareat esse alienam, tenetur eam restituere domino, vel si cognoscit nequeat, pauperibus: Nam tunc longe major probabilitas praevalet possessioni, & potest certitudinem moralem parere. Nec iam par est causa, quam regulis juris ad meliorem conditionem possidentis exigunt ac supponunt, ut notat Delugo. Nec talis potest tunc praevaleat negare esse alienam & jurare esse suam.

Resp. 2. Possessor bone fidei, qui occurrente dubio non exquiri diligenter veritatem, peccat mortaliter: & si postea certo agnoscat dominum verum rei, tenetur ei restituere rem, & ex eo tempore quo dubitare cepit, rei fructus, tum naturales, tum mixtos, non solum quos percipit, sed etiam quos non percipit, sed percipisset dominus, si rem suam habuisset. *Lessus & alii.* Quia ex eo tempore cepit esse possessor bone fidei, cum sciverit se non posse iuste sine investigatione diligenter rem retinere; & fecit domino iniuriam, negligendo inquirere, nam quilibet habet jus, ne quis se exponat periculo retinendi rem ejus, & ut in dubio jus ejus expendatur. Quod si, quia neglexit statim inquirere, nequeat postea veritatem invenire, tenetur restituere pro ratione dubii. Ita Sanchez, Delugo, & alii. Nam committendo inquirere, fecit iniuriam ei de quo dubitabat an esset dominus: ergo haec iniuria reparari debet secundum proportionem spei, quam alter habere poterat, ut agnosceretur verus dominus.

Resp. 3. Qui antequam possidet, dubitat utrum res sit aliena, potest eam accipere titulo venditionis, donationis &c. modo accipiat ex intentione eam restituendi domino, si post diligentem investigationem invenerit. Quia in hoc domino praestat beneficium, nam aliqui nunquam fortasse fuisset ei restituenda. Quod si accipiat ut sibi absolute retineat, peccat contra iustitiam: Nam lege iustitiae tenetur non se exponere periculo accipiendi rem alienam invito domino: at tali periculo se exponit, cum res illa possit esse alterius. Acceptam tamen potest, mutato animo, retinere, donec inveniat dominum cui restituat, & tunc debet diligenter inquirere an sit aliena. Et si probabilis appareat esse alienam, tenetur eam domino cognito, vel pauperibus, si cognoscit nequeat, restituere cum omnibus fructibus: nam non potest tunc praedare iudicare esse suam, & negare esse alienam. Si autem fit equale probabile rem esse alienam, debet eam cum altero, de quo dubitatur, dividere, & possessio capta cum dubia fide, meliorem non facit conditionem sic possidentis. Ergo etiam aequa sit ejus conditio ac alterius non possidentis, aequale jus uterque habet, ideoque res, vel ejus pretium inter illos aequaliter dividi debet.

Idem dic si quis dubitans an res sit aliena, praecipuavit illius possessionem etiam nebuline occupatam. Si vero dubius an res sit sua, eam abinde a possessore bone fidei, tenetur totam ei restituere sicut possessor male fidei: quia in dubio & pari causa potior est conditio possessoris bone fidei.

Resp. 4. Quando nullus eorum, de quibus dubitatur an sint dominus, rem possidet, si dubium fit aequale, res aequaliter inter illos dividi debet: vel si dividi nequeat, ejus pretium, alii forte ex eorum consensu agatur: nam non est ratio uno rotum, vel plus aut minus adjudicandi. Si longe probabilis sit ad unum illorum tamen pertinere, rota est ad adjudicandum, ut adjudicetur aequus iudex, re ita cognita. Quest.



Quaest. XXI. *An qui dubitat utrum solvendi de-  
bitum, teneatur ad hoc illud integre solvere, si cer-  
to scire nequeat se solvisti.*

Resp. Affirm. *Et communis sententia.* Quia 1. De-  
bito certo non fatitur per solutionem non certam:  
nam solutio dubia non est aequalis debito certo: ju-  
sticia autem aequalitatem exigit. 2. In eo casu pro  
debito fiat possessio. 3. In foro conscientiae iudicare  
debemus de rebus istis, sicut prudens iudex cogita-  
verit, & inspecto iure naturali iudicaret in foro  
externo; nam forum internum debet sequi senten-  
tiam fori externi, nisi constet externum nisi praesump-  
tionem falsa. At in foro externo debitor cogere  
solvendi debitorum certum, nisi probet solum esse,  
etiam si creditor fateatur se de solutione dubi-  
tare, nec de ea recordari.

Nec dicas in dubio meliorem esse conditionem pos-  
sidentis. Nam 1. hoc non est verum, nisi quando  
in ceteris par est causa possidentis & non possiden-  
tis: nam regulae juris pariter causam exigunt ad me-  
liorem conditionem possidentis. 2. Creditor possidet  
ius exigendi & accipiendi solutionem debiti sui: quo  
iure spolnati non debet in dubio. Nec refert quod  
debitor pecuniam solvendam possidet; nam dubium  
non vertitur circa ipsam pecuniam, cuius sit; sed  
circa ius exigendi debitum, an adhuc sit. Cum au-  
tem ius illud certo extiterit, & non constet de ejus  
extinctione, creditor possidet durationem juris illius.  
*Ita Del. Sancb. &c.*

Quaest. XXII. *An est contra iustitiam prodere al-  
terius secretum sine fidei commissum, & est obliga-  
tio reparandi damnum inde factum?*

Resp. Affirm. *Et communis sententia.* Quia qui-  
libet habet ius, ne ejus secreta detegantur; estque  
mortale, si arcanum sit gravis momenti, vel inde  
grave damnum proximi aut discordia sequi possit.  
Unde illud, Eccl. 10. *Qui denudat arcana amici  
fidem perdit. . . Denudare amici mysteria despe-  
ratio est anime infelicis.*

Quare non licet arcanum etiam a privato cre-  
ditum, sine ejus consensu alteri aperire, etiam ex praep-  
to superioris, nisi alia via cognitum sit, quia  
*servare fidem est de jure naturalis*, ait S. Th. qu. 70. art. 1. ad 2. Nihil autem potest praecipere, nec fieri contra id quod est de jure naturali.

Hinc graviter peccant & ad restitutionem tene-  
tur, qui proximi secretum explorant, vel ad ja-  
nam ansuflando, vel epistolam legendo, vel alio  
quovis modo: nam quilibet ius habet ad suum se-  
cretum. Item superiores, consiliarii, medici, advoca-  
ti, amici, quibus consilii, vel auxilii petendi  
causa, secretum committitur, graviter peccant, si  
illud detegant; quia vi muneris ac officii sui, ad  
servandum secretum obligantur. Immo qui ab altero  
alienum secretum accepit, & illud detegit cum gra-  
vi proximi detrimento, mortaliter peccat, tum con-  
tra caritatem veritatem, ne quis alteri faciat quod  
sibi fieri non vult, tum etiam contra iustitiam, per-  
inde ac cum fama laeditur: nam quivis ius habet ad  
suum secretum, perinde ac ad suam famam.

Excipe, nisi secreti revelatio necessaria sit ad im-  
pendendum grave damnum in spirituale vel  
temporale tertii, vel communitatis a tali homine in-  
ferendum aut continuandum; tunc enim non specta-  
to praep- to superioris tenens secretum tibi creditum  
revelare illi quorum interest, non nominata persona,

nisi hoc necessarium sit ad malum impediendum.  
*Ita communiter.* Quia caritas obligat ad impediendum  
damnum commune & privatum innocenti etiam  
cum damno nocenti: nam bonum publicum,  
vel ius innocentis, ad cuius defensionem revelatur  
secretum, praevalet iuri, quod nocens habebat ad  
illud secretum, & ejus damno.

*Circa ea, quae aliter (quam per confessionem  
sacramentalem) homini sub secreto committuntur,  
aliquando sunt talia, quae statim cum ad notitiam  
homini venerint, homo ea manifestare tenetur, puta,  
si pertinent ad corruptionem multitudinis spiri-  
tualium vel corporalem, vel in grave damnum ali-  
cuius persona, vel si quia aliud est huiusmodi,  
quod quis propagare tenetur vel testificando, vel de-  
nuntiando. Et contra hoc debitorum obligatio non  
potest per secreti commissum.* Ita S. Tho. 2. 2. qu. 70. art. 1. ad 2.

Hinc tenens patefacere eos, qui prava dogmata  
occulte spargunt, vel aliquid moluntur contra pa-  
triam, vel vitam, famam, bona alicuius privati,  
modo id extra confessionem noverit. Idque quavis  
iurafite se non revelaturum. Nam iuramentum il-  
lud, utpote contra obligationem naturalem carita-  
tis, invalidum est & illicitum.

Item juxta multos non tenens secretum iuste cog-  
nitum cum certo periculo vite tuae, vel gravissimi  
damni occultare, nisi sit ex confessione notum, vel  
secretum principis, aut Reip. vel nisi ejus revelatio  
vergeret in grave Reip. seu communitatis malum,  
vel promiseris cum tanto damno servaturum. Quia  
seclusis his casibus & ceteris, habes jus tibi potius  
consulendi quam alteri privato, qui non est in ho-  
rationaliter invitus, nec censuris voluisse te obli-  
gare cum tanto onere ad illud servandum.

*Nota.* Is, cui alter iniuste aperuit secretum ter-  
tiii, teneatur illud non detegere. Quia illa cognitio  
derivata est a primo, manifestatione sub secreto da-  
ta, & ulterior illa manifestatio cederet in injuriam  
alterius, qui secretum commisit, essetque extensio ac  
ampliatio injuriae factae a primo iniquo proditore.  
Praeterea si tale secretum detegas, impedis separatio-  
nem damnorum quae ex priore secreti violatione  
sequuntur, & ad quam jus habet ille tertius.

Quaest. XXIII. *An obligatio restituendi bona ex-  
terna, & reparandi damna in illis iniuste illata  
a defuncto, transit ad haeredes etiam extraneos?*

Resp. Affirm. *Consi. 1. ex cap. ult. de sepul-  
& c. 9. de usur. & cap. 5. de rapto. ibi Haeredes  
ejus montes & compellat, ut hic, quibus ille per  
incendium, vel alio modo damna contra iustitiam  
irrogaverat, iuxta facultates suas condigne satisfac-  
tiant.* 2. Quia onus restituendi bona est afixum  
bonis defuncti, qui eo ipso censetur iam totum id  
habere minus in suis bonis, quod teneatur illud in  
conscientia solvere; ac proinde onus illud transit ad  
eorum possessorem. 3. Haeres substituitur in locum  
defuncti, eumque representat quoad bona, jura, ac  
debita realia, & sicut succedit in bona ac jura,  
ita in onera ac debita realia defuncti, quae in se  
suscipit ex contractu implicite per acceptancelem  
hereditatis.

Si plures sint haeredes, singuli tenentur pro ha-  
reditaria portione, non tamen in solidum. Quia si-  
cut bona & jura defuncti dividuntur inter haeredes,  
ita & onera ac debita dividi debent, ex l. 2. Cod.

*de hered. act. & l. 26. Cod. de pact.* Equum est  
enim, ut qui tantum ex parte commodum percepit,  
onus quoque ex parte dumtaxat sentiat: nam licet  
singuli representent defunctum, non tamen totaliter  
sed ex parte; omnes autem simul cum representant  
totaliter. Cap. autem *Tua nos de usur.* solum si-  
gnificat, totam obligationem restituendi transire  
ad haeredes simul junctos, ita tamen ut singuli non  
teneantur nisi ex parte.

Quod si res aliena exter in se apud unum here-  
dem, hic tenetur eam integram restituere. Idem dic-  
de re delinchi hypothecata alteri. Nam res sic al-  
teri obligata transit cum suo onere ad quemlibet pos-  
sidentem c. 5. de pignor. Sed tunc is habet actionem  
de evizione contra ceteros haeredes, qui debent ei  
respondere pro rata.

Ceterum legatarii non universales minime obligan-

tur ad restitutionem, si ea quae haeredibus relicta  
sunt, sufficienter ad solvenda omnia debita, relicta  
portione haeredibus jure debita. Quia non succedunt  
in onera testatoris sicut haeredes, nec ejus personam  
representant. Si bona non sufficienter, debent lega-  
tarii conferre ad restitutionem pro rata, quia au-  
te omnia legata debent solvi debita, & postea de-  
ducta portio haeredibus debita.

*Nota.* Haeredes tenentur etiam contra debita a re-  
statore iniitis, l. 2. Cod. de contraben. & commi-  
stipul. ibi. *Generaliter sanctimus omnium stipulatio-  
nem sive in dando, sive in faciendo inventatur, &  
ad haeredes, & contra haeredes transmittit, sive spe-  
cialiter haeredum fuerit mentio, sive non.* Nam, ut il-  
li, haeredes representant defunctum, eique sicut in  
bona ac jura, ita & in onera debita, & obligatio-  
nes reales succedunt.

### Finis Partis Primae Tomi Secundi.

